n° 52. 2 vol 8°

Santa Vanalia, 1959
US # 25,36

PAPIENSIS

M. D. LXXXV

Ex Bibliotheca Carpsiana
Jurium Doctoris Hueri

115, 54

IOANNIS
FRANC. À RIPA
PAPIENSIS,
COMMENTARIA
AD IVS CANONICVM.

Item Tractatus de Peste, & Responsa;

Summo studio & labore, collatis manuscriptis exemplaribus, innumeris propè mendis purgata.

Additionibus insuper analyticis Clarissimi D. Bernardi Trotti, I.C. professoris acutissimi, nunc recens illustrata.

Communes præterea Doctorum sententiæ ab Authore passim citatæ, hoc signo ☞ prænotantur.

Index rerum & verborum in omnia opera ad calcem huius voluminis est iectus.

LVGDVNI,

M. D. LXXXV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Tituli & Capita Decretalium.

De constitutionibus. 2
Cap. Cum M. Ferrariensis. 7
De rescriptis. 20
Cap. Sicut Romana. 21
Cap. Ex parte. 25
Cap. Inter cæteras. 27
Cap. Si quando. 29
Cap. Eam te. 30
Cap. Ad aures. 32
De iudicijs. 37
Cap. De quo vult Deo. 41
Cap. Decernimus. 51
De causa possess. & proprietatis. 46
Cap. Cum Ecclesia Sutrina. 59
De restit. spoliat.
Cap. Sæpe. 66

Tractatus de peste.

Præludia. 72
De priuilegiis contract. causa pest. c. 1. 72
De priuil. vltimarum volun. cau. pest. c. 2. 79
De priuileg. iudiciorum causa pest. c. 3. 80
De remediis præser. contra pest. c. 4. 82
De remediis ad con'ex vbertat. c. 5. 88
De remediis ad curandam pest. c. 6. 95

Initia omnium responsorum.

Absoluendum puto respons. 14
Ad demonstrandum. 102
Ad hæc vt Trophinus. 162
Admittenda sunt capitula. 78
Ad primum quæsitum. 27
Ad primum an licentia. 169
Agenti ad decimas. 64
Agit Ioannina. 51
Agit do. de Carumbo. 153
Agit Alziarius. 200
Andreas Baiuli. 129
Antiquo loci. 93
Antonius Nauarini. 121
Appellatio interposita. 33
Arelatensis Ecclesiæ. 5
Articulus decidendo. 1
Aut donationis tempore. 140
Bene digesta fuit. 101
Bene digesta & iuridice. 134
Bene & quantum licuit. 285
Bernardinus. 209
Bonæ memoriæ. 4
Carceratus proponitur. 167
Catherina Fabrina. 141
Certi & indubitati. 88
Circa illam dubitationem. 217
Circa primum dubium. 148
Ciues & incolæ. 168
Clarissime doctor. 160
Condemnandos puto. 136
Consideratis iis. 104
Contulit reuerendus. 44
De iure sufficit. 20
De tribus effectualiter. 70
De tribus agitur. 205
Dico ergo vxorem. 219
Dominus Honoratus. 75
Duo dubia. 147
Dubia quæ propon. 190
Dubia super quibus. 195
Dubitabilis. 193
Dubitatur. 165
Duabus rationibus. 77
Duo sunt quæ. 126
Duo tantum dubia. 175
Duplici ratione. 121
Electus à maiori. 29
Eos merito. 163
Executionem non meretur. 25
Ex longo & inflato. 83
Ex narratione facti. 8
Ex præmisso themate. 63
Ex themate. 128
Ex prænarrato. 38
Ex processu causæ. 113
Ex proposito themate. 43
Ex tribus dubiis. 120
Facultas concessa. 37
Frequens est. 206
Grabiel de Tullia. 143
His elapsis diebus. 216
In effectu quærit. 179
Implorauit benignum officium. 154
Impetatur Robertus. 161
In causa beneficiali. 3
In causa beneficiali. 215
In causa appellationis. 56
In causa canonicatus. 6
In causa quæ iamdiu. 54
In causa do. Francisci. 62
In causa vertente. 69
In causa matrimoniali. 71
In causa do. Ioannis. 85
In causa vertente. 114
In causa Quintellæ. 146
In causa immunitatis. 174
In causa quæ vertitur. 180
In causa Oliuerij. 210
In causa præsenti. 47
In dubijs causis. 73
In hoc iudicio. 16
Insequendo schedulam. 2
Integerrime assessor. 10
Ioannes de Cruce. 203
Istud iudicium. 159
Iterum mihi videtur. 76
Iudicio cui non obstat. 157
Iulius Papa. 12
Iuste & sancte. 199
Lex 6. ff. de offic. procon. 41
Lex vbi captum. 108
Libellus magnificorum. 188
Licet in beneficialibus. 49
Licet fructus. 208
Licet plura dubia. 124
Licet regulariter. 103
Licet donatio. 138
Licet Decius. 142
Licet agenti. 155
Licet sint qui velint. 164
Licet ex iuris allegat. 189
Ludouicus Conradus. 170
Magnificus do. Tangudus. 97
Maiores nostri. 125
Mortuis filiis. 202
Munus consulendi. 98
Ne clarum ius. 94
Nobilis do. Gaspar. 92
Non creditur. 182
Non est dubitandum. 46
Non obstante denuntiatione. 123
Non videtur obstare. 34
Non videtur quòd do. Castri. 57
Non videtur quòd sententia. 149
Omnis sententia. 55
Pactum de quo in themate. 95
Paucis vtar. 24
Paucis agendo. 50
Per non vsum. 28
Peroptassem non vrgeri. 81
Petit curatus. 52
Placet consultatio. 105
Placet præmissa. 109
Plura quæsita. 2
Plura confuse. 172
Posito quòd super quota. 42
Præstantissime. 211
Præsuppositio quòd prima. 32
Prima dubitatio. 63
Prima facie. 194
Prior prioratus. 65
Priusquam discutiatur. 219
Proposita dubia. 31
Proposita dubitatio. 191
Pro perfecta resolutione. 181
Pro resolutione. 33
Pro resolutione eius. 13
Pro resolutione quæst. 80
Pro resolutione subtilium. 212
Pro sequendo ordine. 196
Pulchra & subtilis. 192
Punctus huius controuers. 48
Punctus quæstionis. 86
Quatuor quæsitis. 214
Quæritur an indultum. 11
Quæritur an vnio. 19
Quæritur in effectu. 22
Quæritur an electio. 30
Quæritur in causa. 40
Quæritur primo. 67
Quæritur an statutum. 89
Quæritur an statutum. 91
Quæritur verum. 115
Quæritur an ordo. 186
Quia assidue. 35
Quia in materia. 36
Quia in hac causa. 58
Quia do. Baldesar. 132
Quia arbitror. 156
Quia officiales. 197
Quia dubia. 213
Quidam monachus. 74
Quidam Titius. 110
Quod impetrans. 21
Quod iudicatum. 150
Regula de non verisimili. 7
Remedium canonis. 45
Requisitus an stantibus. 79
Sententia qua dominus. 204
Sequendo ordinem. 51
Sero opponitur. 158
Si ad colorandum. 17
Si aliquid per epistolam. 144
Si Grilus habita. 60
Si omissa validitate. 211
Si reperete. 117
Si vera sunt. 118
Super primo quæsito. 145
Super dubiis. 198
Super dubiis. 157
Super dubitatione. 173
Super eo de quo. 184
Super præmisso. 218
Tertius pro suo interesse. 166
Testatrix Honoratum. 130
Transactio. 100
Theodosius Imperator. 87
Tres præsupponuntur. 82
Triplici ratione. 178
Valet consuetudo. 187
Valet pactum. 96
Vbicunque Papa. 23
Vera & indubitata. 133
Verba stipulationis. 122
Verba illa. 176
Verissima est illorum. 152
Videtur quòd indultum. 15
Videtur quòd facultas. 18
Videretur ex duobus. 66
Videtur quòd Pontius. 107
Videtur prima facie. 216
Videretur fortasse. 127
Videtur aperto ore. 177
Videtur respondendum. 183
Videtur prima consideratio. 207
Visis sententia. 72
Visis & diligenter. 90
Visis & bene quantum. 135
Visis instrumentis. 171
Visis libello. 201
Viso processu. 9
Viso & bene pro. 61
Viso eleganti consilio. 99
Viso consilio domini. 106
Viso & pro tenuitate. 84
Visum fuit prima. 59
Vt breuius quo fieri. 131
Vt noscatur. 139
Vulgatissima est præsens. 127

IOANNIS FRANCISCI RI-

PAE IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

In primum Decretalium librum perpolita Commentaria.

Nunc postremò solerti cura, arctioriq́ue diligentia quàm hactenus factum fuit, recognita, & emendata, Deo fauente occipiunt.

De Constitutionibus Rubr.

SVMMARIVM.

1 IVS scriptum, certius est & nobilius iure non scripto.
2 Scientia trinitatis, & fidei, est necessaria, & præambula ad reliquas capessendas.
3 Ius scriptum de Deo, ratione subiecti est dignius alio.
4 Lex, est constitutio populi Romani.
5 Lex scripta, & consuetudo, an sint paris potentiæ.
6 Constitutio quid sit in quo differat à lege. 7. vnde dicatur. 12.
8 Iura loquentia de Imperatore habent locum in Regibus, & aliis non recognoscentibus superiorem.
9 Diffinitio, quid sit.
10 Constitutio, est nomen generale, ad omne ius scriptum.
11 In materia odiosa, verba possunt sumi vt genus, & species, sed semper intelligenda sunt, vt species.
13 Exceptio doli, obstat contra legem, vel statutum, in odium aliquorum particularium editum.
14 Papa, an absque collegio Cardinalium, & Imperator absque consilio procerum, legem condere possint.
15 Solus dictio, non excludit socios.
16 Papa, non debet vti plenitudine potestatis, nisi ad remouenda scandala.
17 Necessitas, quot modis sumatur.
18 Ecclesia Romana, constituitur ex omnibus Christi fidelibus.
19 Ad essentiam cuiuslibet collegij, requiritur vnum caput.
20 In iuribus limitatorijs, ex identitate rationis idem ius statuitur, sicut in his quæ statuunt.
21 Papa, & Imperator, in quibus casibus nihil possunt statuere de nouo.
22 Constitutio, in quo differat à canone, decreto, decretali, & similib.
23 Canon Græcè dicitur Latinè regula.
24 Canonicarius quis
25 Canonica institutio vel electio quot modis dicatur.
26 Canonicus, quare dicatur.
27 Canonis appellatione, in materia fauorabili etiam comprehenditur synodalis constitutio.
28 Canon, quot modis capi possit.
29 Canon, an rectè possit denotare legem ciuilem.
30 Decretum quid sit.
31 Decretalis epistola, quæ dicatur.
32 Sanctio quæ dicatur.
33 Pragmatica sanctio, quæ dicatur.
34 Pragmatici viri, qui dicantur
35 Annotatio, quid sit.
36 Dogma quid sit.
37 Interdictum quid sit.
38 Mandatum quid sit.
39 Scriptura, an sit de substantia legis, seu constitutionis.
40 Lex vnde dicatur.
41 Argumentum de specie ad genus, non valet.
42 Leges duodecim tabularũ transmissæ fuerunt à Græcis ad Romanos.
43 Lex an liget, & quos, si non sit scripta.
44 Sententia ad hoc vt valeat, requiritur solennitas.
45 Iudex non potest ferre sententiam absque scriptura.
46 Statutorum volumen si perderetur, posset tenor probari per testes.
47 Lex obligat habentes notitiam.
48 Excommunicatio non ligat, nisi lata sit in scriptis.
49 Papa, solo verbo creat Episcopos, & Abbates.
50 Gratia non expirat, Papa mortuo, ante confectas literas.
51 Gratia per testes probari non potest.
52 Gratia concessa secundum ius, per testes probari potest.
53 Gratia casu amissa, per testes probari potest.
54 Constitutionum editio, an sit necessaria.
55 Conscientia sine scientia, inspicienda est, & scientia sine conscientia diabolica.

CONtinuatur Ad præcedentia, & simul subordinatur ad sequẽtia per Gofre. Hostiẽs. Panor. & alios communiter hoc ordine. Author tractaturus de iure, exorditur à summa trinitate, sine cuius fundamento, nullum potest opus superedificari. ca. cum Paul. 1. q. 1. Et quia omne ius quo vtimur, aut ex scripto aut ex non scripto constat. instit. de iure natu. gen. & ciui. §. constat. & 1. dist. cap. consuetudo. §. cum itaque. author præmisit de constitutionibus, & sic de iure scripto, quod est certius† & nobilius, deinde subnectit de cõsuetudine, & sic de iure non scripto. 1 Ista continuatio licet sit communis, & fuerit de mente Imperatoris in d. §. constat. & Gratiani in compilatione huius operis, & in c. lex est. & c. seq. & seq. 1. distin. tamen impugnatur per acutissimi ingenij virum dominum Philippum Decium, quia titulus præcedens, secundum hãc continuationem non applicatur ad hunc subsequentẽ. nec hic ad præcedentem aliquo speciali respectu, prout applicãdi fuerant. l. 2. ff. de statu homi. l. continuus. ff. de verb. oblig. nam fundamentum trinitatis non respicit specialiter hunc titulum, sed quemcunque alium. cum alio quoque principio Dei auxilium implorandum sit. d. c. cum Paulus. j. quæst. j. & in authen. de armis. in princ. & in l. in nomine Domini. C. de offic. prę fec. Aphri. Sed tu considera, quòd fundamẽtum trinitatis respicit totum opus, & specialiter hunc titulũ, qui iurisconstitutiones cõtinet, de quibus author principaliter tractare intendit. Item considera q̃ satis est inuocare diuinũ auxilium in principio operis. d. ca. cũ Paulus. & quia principium huius operis à constitutionib. inchoandum fuit, vt ex subordinatione prædicta apparet, benè sequitur, quod fundamentum trinitatis magis postulat hunc titulum post se, quàm reliquos titulos. Secundò non videtur hæc continuatio iuridica ex alio, secundum eundem Decium, quia fundatur super inuocatione diuinæ maiestatis, & trinitatis, quæ inuocatio non fit in titulo præcedenti, sed circa fidẽ aliquæ promulgantur constitutiones, vnde congruentius præmittẽdus fuisset titu. iste de cõstitutio. qui est generalis ad omnes constitutiones. Tu verò aduerte, quòd in continuatione nõ dicitur, quòd in titulo præcedenti pro fundamento inuocetur Dei auxilium, sed quòd pro fundamento fuit præmissus titu. de sum. trini. & fide catho. vbi tractatur de trinitatis & fidei cognitione, quæ est oĩũ principiũ, & fundamentũ. vñ ex hoc elicio clariorẽ ꝯtinuationẽ. Author tractat' de sciẽtia iuris, prius voluit desserere de scientia trinitatis & fidei, 2 quæ est† necessaria & præambula ad reliquas sciẽtias capessendas. c. qui sine. 26. q. 2. decet enim animas prius erudiri, q̃ linguas. l. magistros. C. de profes. & medi. lib. 10. erudita itaq; anima, & cognita scientia trinitatis, & fidei, & sic iuris diuini, congruum fuit subnectere de constitut. & sic de scientia humani iuris. & hæc continuatio sic declarata, effugit morsus cauillantium. Secunda fuit continuatio Andr. Sicul. suprà visum est de constitutionib. concernentib. Deũ immortalem, nunc congruenti ordine supponitur de constitutionib. concernentib. Papam Dei Vicarium. cap. vt nostrum. j. vt eccle. benefi. ca. 2. & seq. de tranlla. episco. Ista etiam damnatur per Decium, quia & si subiectum tituli præcedentis prædicetur de Deo, constitutiones tamen de quib. ibi, fuerunt à pontificib. promulgatæ. Mihi etiam non placet, quia ea attenta præmittẽdi fuissent tit. de baptismo, de reliquiis, & vene. sanc. & reliqui tractantes materias cõcernẽtes Deũ immortalem: nisi dixeris, quòd aliis respectibus fuerũt posti positi. Tertia fuit continuatio Decij suprà visum est de summa, trinitat. & fide catho. quæ ab omnibus deber teneri. capitul 1. titul. proxim. Ideo subnectitur titulus de consti. quæ ab omnibus seruandæ sunt. cap. 1. j. eod. Ista mihi non satisfacit, quia titulus præcedens hac continuatione attẽta, nullo speciali respectu postulat hũc titu. post magis, quã reliquos

titu. quorũ iura etiam ab omnib. ſeruanda ſunt, & hoc ipſe vtitur argumento contra cõmunem cõtinuationem, vnde non ægrè ferat ſi cõtra ſe retorqueatur c. cum omnes. j. co.

3 Quarta fuit continuatio eiuſdem, ius ſcriptum† de Deo, ratione ſubiecti eſt dignius, & ideo propter excellentiam fuit conueniens vt de eo fieret ſpecialis tractatus. argumẽ. Item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. & poſtea ſubiiceretur titulus generalis, de iure ſcripto, argu. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. inquit lex. ff. ad legem Aquil. Contra hanc continuationẽ, etiam obſtat fundamentum, quod ſuprà feci contra continuationem And. Sicul. Quintò conſidera an aliter poſſit cõtinuari. authoris intentio fuit, hoc opere dirigere animas mortalium ad Deum, & eius cœleſtem patriam, ſecundum gloſ. in c. cum contingat. j. de iureiuran. ad hanc autem nemo poteſt peruenire niſi per fidem. c. 1. ſuprà, tit. 1. Ideo de fide catholica tractandum fuit: & quia etiam per conſtitutiones inſtruimur ad viam cœleſtis patriæ, poſt tractatum de fide, ſequitur de conſtitutionib. ¶ Diſcuſſa continuatione videndum eſt, an ſubordinatio defendi poſſit. Quidam arbitrãtur non poſſe, quia fit ad remota, & intermittitur titulus proximus de reſcri. ſed facilis eſt ſolutio, quia reſcripta dicuntur iura ſcripta inter partes, vt per Ioan. Andr. & alios in rubric. de reſcri. & per Panormit. in rubr. de conſuet. ergo ſubordinatio eſt optima. alij etiam mordent ex eo q̃ in opere Digeſtorum alius fuerit ordo ſeruatus. nam primò præmittitur titul. de conſuetudine, vt in rub. de leg. & longa cõſuetudi. poſtea ſequitur tit. de conſtit. princ. Sed vtraque ſuſtineri poteſt, conſideratis diuerſis reſpectib. nam compilator Digeſtorum conſiderauit, q̃ conſtitutiones principum vt potè digniores propter authoris prerogatiuam. ca. ſi à ſede. de præben. lib. vj. capit. per tuas. j. de maiori. & obed. l. ij. ff. de albo ſcrib. merebantur ſpecialem tractatum. d. l. Item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. ideo præmiſit tit. generalem de legib. in quo interſeruit etiam de legibus conſuetudinariis, & poſtea poſuit titulum ſpecialem de conſtitutionibus principum. argu. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. Cõpilator autem huius operis conſiderauit, quòd conſtitutiones principũ ſunt digniores, vt dictũ eſt, cõtinentes ius ſcriptum, quod eſt certius & nobilius, & hac ratione præmiſit de conſtitutio. vt dicit Panorm. Vel aliter, compilator Digeſtorum præmiſit titulum de legi. qa leges fuerunt ante con-

4 ſtitutiones principum. Eſt enim lex† conſtitutio populi Romani. §. lex eſt. inſt. de iure natu. gen. & ciui. à quo prius editę fuerunt leges, quàm à principe, in quẽ ipſe populus tranſtulit imperium, & legis condendę poteſtatem. §. ſed quod principi. inſti. eo. titul. & quia conſuetudo eſt etiam ius populi. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & antiquior quàm conſtitutiones principum Romanorum § & non ineleganter. inſti. eo. præpoſuit ſimul titulum de legib. & lõga conſuetudine. Compilator verò huius operis conſiderauit, quòd conſtitutiones pontificum, ſunt digniores conſuetudinibus, & hac ratione præmiſit. & ſic vterque ſua laude dignus eſt. Ita ſimi-

lem diſcordiam concordant doctor. in rubric. C. de teſtamẽ. mili. Alij dicũt falſum eſſe quod in ſubordinatione dicitur, ſcilicet, quòd ius ſcriptum ſit nobilius iure non ſcripto, qa

5 lex† ſcripta, & conſuetudo, ſunt paris potentiæ. capitu. conſuetudo. j. diſtinctio. & dicit Card. Floren. in ca. fin. col. xlv. j. de conſuet. q̃ conſuetudo habet eas omnes virtutes, quas habet lex, & ibi Mod. char. xxij. referunt virtutes conſuetudinis: ſi paris potentiæ, ergo paris nobilitatis. Sed certè argumentum non placet. tum quia aſſumptum non eſt verum, nam lex eſt maioris potentiæ, cùm poſſit derogare futuris conſuetudinibus, authen. nauigia. C. de furt. l. eos. C. de vſuris traditur per Panormita. in d. cap. fi. & in c. ij. de probat. & Barto in l. de quibus. ff. de legi. Conſuetudo autem non derogat futuris legibus. Ex hoc ſequitur, quòd potẽtia, & virtutes conſuetudinis dependent à voluntate legis, nec poſſet conſuetudo derogare legi, niſi lex permitteret, ſecundũ Panormita. in cap clerici. de iud. & ſic patet quòd conſuetudo non eſt paris potentiæ. & poſito q̃ eſſet eiuſdem potentiæ, non video quomodo ſequatur illatio. ergo eſt paris nobilitatis, niſi nobilitas conſiſtat in ſola potentia. vñ Mod. Papiẽ. dicũt, quòd ius ſcriptum, eſt dignius & nobilius ratione originis. quia habuit originem à Moyſe primum, poſtea à ſanctis patribus, deinde à populo Romano imperante, & ſuccеſſiuè ab Imperatoribus, in quos populus imperium & facultatem legis cõdendæ tranſtulit, ſunt enim leges per ora principum diuinitus promulgatę. c. quo iure. viij diſtinct. c. fin. xv. q. vj. l. ij C. de præſcript. long. tempo. Conſuetudines verò inductæ ſuerunt ex tacito conſenſu populi. d. c. fin. & d. l. de quibus. ſed Deci non putat ex hoc ſequi, quòd lex ſit nobilior, quia & conſuetudo diuinitus inducitur à populo, cũ omnia permiſſione Dei fieri dicantur. c. nec mirum. xxvj. qõ. v. Tu conſidera q̃ origine leges fuerunt à Deo traditæ Moyſi, in ſummitate montis Sinai. Conſuetudo autem licet permiſſu Dei inducta ſit, non tamen origine fuit à Deo tradita ſicut lex. & hoc reſpectu Moder. Papien. videntur rectè dixiſſe, q̃ lex eſt origine nobilior. vel alio reſpectu potuerunt dicere legem nobiliorem origine, qua ortum habet à principe, primum à Moyſe, deinde à ſucceſſoribus in imperio, & ratione authoris, & propter condentis prærogatiuam videtur nobilior. c. ſi à ſede, de præben. lib. vj. l. ſi. ff. de albo ſcribẽ. Secundò ius ſcriptum, videtur nobilius ratione antiquitatis, quia eſt antiquius iure non ſcripto, ſecundùm Decium. qui ad hoc allegat tex. in §. ex non ſcripto. inſt. de iure natu. ibi, diuturni mores legẽ imitantur, ergo ſecundum eũ prius fuit lex. & per tex. in d. c. conſuetudo. 1. diſt. ibi, conſuetudo pro lege ſuſcipitur, cum lex deficit. Sed certè conſuetudo prius fuit, quàm lex, quia prius populus quàm rex. & quòd prius fuerit conſuetudo, eſt tex. clariſſimus in c. fi. ibi, ius verò conſuetudinis. poſt naturalem legem exordium habuit. ex quo homines conuenientes in vnum cęperunt ſimul habitare. Nec dicatur, quòd iſte tex. probet aſſumptum Decij, dum dicitur, quòd cõſuetudo aſſumpſit exordium poſt ius naturale, quia ius naturale, non appellatur ius ſcriptum, ſed natura omnes illud docuit. inſt. de iure natu. gen. & ciui. in princ. Nec obſtant iura ſuper q̃bus ſe fundat Deci. qa nõ loquuntur de iure conſuetudinario primęuo, & originali, ſed de iure conſuetudinario ſecundario, & prout ſucceſſiuè inducitur, & variatur. Tertiò ius ſcriptum dignius, & nobilius dicitur, quia inducitur ex conſenſu expreſſo. Conſuetudo verò, ex tacito, qui eſt debilior expreſſo, ſecundum gloſſ. in clemen. ſæpe. in verbo. partibus, de verb. ſignific. pro quo facit quod etiam dicit gloſſ. in l. 1 C. vbi de crimi. agi opor. & not. in regula. ſcienti, de reg. iur. li. 6. & firmat in terminis noſtris Panormita in d. c. clerici. de iudi. ſed licet lex inducat ex conſenſu expreſſo, quia tamen inducitur ex cõſenſu ſolius principis. §. ſed quod principi. inſtitu. de iure natu. gen. & ciui. & l. 1. ff. de conſtitu. princ. non debet videri fortior & efficacior conſuetudine, quæ inducitur conſenſu vniuerſorum, vel maioris partis populi, cum ea firmiora ſunt, quæ plurimorum conſenſu roborantur. c. prudentiam, in prin. de offi. deleg. & magis integrum iudicium eſt, quod plurimorum ſententijs cõfirmatur. c. extra conſcientiam 64. diſtinctio. c. per hoc. §. verum. vbi Gemin. not. de hæret. lib. vj. Inc leges, & conſtitutiones editæ à cõſilio firmiores, & validiores reputantur: nam per generalem derogationẽ eis non creditur derogatũ ſecundum Archidia. in c. 1. eo. tit. in 6. & Fely in c. nonnulli. colum. 3. & ſequent. de reſcrip. Defendendo fortè poteſt dici, q̃ lex hẽt expreſſum conſenſum principis, & tacitum cõ ſenſum populi, qui eam recipit, nam niſi ab vſu hominum lex recipiatur, vigorem legis non habet. c. in illis. § leges. 4. diſtinct. & no. amplißimè per gl. & ſcriben. maximè Felin. in c. 1. de treug. & pace. ſed hæc ſolutio non videtur penitus eneruare contrarium, quia princeps, ſi velit, poterit punire nolentes recipere legem ſuam, c. quia circa. de conſanguinita. & affinita. & ibi no. & ita etiam traditur per Panormit. & alios in d. c. 1. vnde conſidera ſi dici poſſit, q̃ lex origine inducebatur conſenſu populi, cap. lex eſt. 2 diſtinct. & inſtitut. de iure natu. §. lex eſt. ſed nec iſtud in propoſito placet, quia nos loquimur de conſtitutionibus, quæ à ſolis pontificibus, & principibus conſtituuntur, quæ ſunt etiam iura ſcripta. cap. conſtitutio. ij. diſtinct. & de iſtis loquitur hæc ſubordinatio, vnde videtur, quòd ratio Moder. Papien. ſit verior, quòd ratione originis ſcriptum dicatur nobilius. Vel etiam dici poteſt, quòd ius ſcriptum ideo ſit nobilius, quia certius, nam lex ſemper eſt certa. cap. erit autem, iiij. diſtinct. & omnibus nota. l. leges. C. de legibus, quam in dubium reuocare non licet. l. final. C. de legibus. & vbi reperitur legis determinatio, ibi nulla datur probabilis dubitatio, cap. ex multa. de voto. not. per gloſſ. & Baldum in l. ancillæ. C. de furt. & per Moder. in l. illam. per illum text. C. de colla. Conſuetudo autem, quia in facto conſiſtit, non ita certa, quia facta ſæpe etiã prudentiſſimos homines fallunt. l. ij. ff. de iur. & fa. ignoran. hinc dicimus, quòd poſitioni iuris ſcripti, nõ eſt reſpondendum, quia ius ſcriptum eſt certum, ſed bene poſitioni iuris non ſcripti eſt reſpondendum, quia ius non ſcriptum incertum eſt, ſecundum glo. & Bartolum in leg. ornamentorum. ff. de aur. & argen. lega. Bartol. in l. 1 C. quæ ſit longa conſuetu. & gloſſ. in c. ij. de conſtit. lib. vj. & Bartol. in l. ij. eod. tit. Hinc eſt, quòd allegans conſuetudinem tenetur illam probare, cap. j. de conſtitu. libro vj. Sed tu aduerte, quia data paritate, videtur

tur quòd ius non scriptum sit ita certum, sicut scriptum, quòd non dicitur certum propter scripturam, sed propter publicationem, vt in authent. vt nouæ constitut. & cap. cognoscentes, vbi Panormi. & alij ff. eod. & si propter publicationem dicitur certum & notum, illud ideo est, quia publicatio deducit rem in notorium. c. j. ff. de postu. præla. Sed si consuetudo sit notoria, eadem ratione dicitur certa sicut lex: Hinc est quòd consuetudo notoria non est probanda, secundum Bartol. in d. l. de quibus. & Bald. in l. ij. C. quæ sit lõga cõsuet. Panor. in cap. j. infra de re iudi. Alex. in l. prima. C. vt quæ desunt aduoca. vbi vult, quòd iudex teneatur supplere ea quæ sunt consuetudinis notoriæ. & traditur per Curt. consi. 74. col. xvij. & si consuetudo sit generalis, non licet eam ignorare, sicut nec legem, secundum Bald. in rubr. ff. de consuet. nisi dicatur quòd licet consuetudo notoria, vel vniuersalis, non sit probanda, non tamen est ita certa sicut lex scripta, quæ videri & palpari potest. l. j. §. j. ff. de his quæ in testamen. delen. Et hæc quantum ad situationem rub. dixisse sat est. ¶ Nunc pro terminorum cognitione aliqua discurramus, & primò quid sit constitutio. Gratianus in cap. con-
6 stitutio. ij. distinctio. respondet, constitutio † est quod tantum rex vel Imperator statuit. & ita etiam respondet Vlpia. in l. prima. ff. de constitut. princ. ibi, hæ sunt quas vulgò constitutiones appellamus, & dicit ibi Bartol. quòd constitutio
7 in hoc differt à lege, † quia lex fit à populo, magistratu interrogante. Constitutio verò est principum edictum. & benè probatur in l. omnes. in principio, ibi, vel ex quibus legibus aut sacratissimis constitutionib⁹. C. de quadriē. præscrip. & dicunt dominus Anton. Panormit. & Moder. hic', q̃ illa est propriè constitutio, quam Imperator edidit, vel rex. vt dicitur in d.c. constitutio. quòd est intelligendum de rege non recognoscente superiorem, qui in regno suo dicitur Imperator, secundum Oldrad. consil. 231. vt eius de quo quæritur. & Bald. in l. penul. C. de donat. inter virum & vxorem. & in l. exemplo colum. fin. C. de probat. & tradunt hic Moder. & Curt. consil. 61. Super præmissa. colum. iij. vbi plenissimè loquitur, dicens post Bald. in cap. significantibus. in fine, de offic. delegat. quòd rex in tẽporalibus, gerit vices Dei in regno suo, & habet ius leges condendi, & confiscandi, ac liberum arbitrium, secundum Angel. in l. j. C. nè sine iussu princ. licc. confisca. Et idem dicendum de quolibet non recognoscente superiorem, secundum, Bartol. in l. hostes. ff. de capt. & postlim. reuer. & in l. infamem. ff. de publ. iudicijs. Panor. & alios in cap. cum Bertholdus. ff. de re iudic. & in ca. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Ex quibus omnib⁹
8 elicitur conclusio, q̃ iura † quæ loquuntur in Imperatore, habent etiam locum in regibus, & aliis non recognoscentibus superiorem: contra quam conclusionem multa dicẽda se offerunt. sed quia instituti mei non est, quæ incidenter occurrunt examinare, & ex commento commentum facere, non instabo aliter, sed id solùm addam, q̃ ista conclusio non procedit in legibus pœnalibus, & odiosis, secundum Cyn. & Ange. in l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maiesta. dicentes illã legem non procedere in coniurantibus contra alium principem inferiorem, quamuis non recognoscentem superiorem. & pluribus rationibus comprobat Soc. consil. 275. colum. secunda, & sequen. lib. ij. Item procedit vbi militat omnimoda ratio in non recognoscentibus superiorem, quæ militat in Imperatore, àliàs secus, & ideo consului, quòd iura dicentia barbitonsorem & cocum Imperatoris nobiles esse, propter radios sui domini, quibus illustrantur. l. prima. C. de domesti. & protect. lib. xij. & l. omnium. C. de testam. non procedere in barbitõsore domini Delphini, quia in eo non est tanta maiestas, & tantus splendor, quantus est in Imperatore, vt habetur in meo responso 183. incip. videtur respondendum Baldesarem. Ex prædictis videtur quòd constitutio inferioris, superiorem recognoscentis, non dicatur propriè constitutio. Nec obstare videtur text. in cap. lex est constitutio scripta. & in c. consuetudo. §. cum itaque. ibi, quæ in scriptis redacta est, constitutio vocatur. j. distin. & in c. lex est constitutio populi. ij. distinctio. & in ca. primo. xiij. distinct. & hæc rubr. quæ loquitur etiã de constitutionibus inferiorum, vt patet in cap. cum omnes. & in c. cũ M. Ferrarien. ff. eo. quia in dictis iuribus verbũ cõstitutio, nõ stat propriè sed largè secundũ Panormit. & Modern. Sed hæc intelligentia mihi non placet, per text. in d. cap. lex est cõstitutio. ergo propriè, tum quia verbum, est, denotat proprietatẽ, & veram essentiã, secũdum Bar. in l. maritus. §. legis. ff. de adult. Tum quia verbum cõstitutio, ponitur in diffinitione, cuius
7 verba debent propriam importare essentiam, cum † diffinitio sit oratio, substantiam diffinitæ rei significans secũdum gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & Panormita. in rub. de senten. excommunica. præterea si solius supremi principis edictum esset propriè constitutio, frustra in ff. rubricaretur de constitutionibus principum, vt dicit Andr. Sicul. hic nam ex ea rubr. facile discerni potest, q̃ quædam sunt cõstitutiones principum, quædam aliorum inferiorum. Item vt
10 dicunt Modern. constitutio † est nomen generale ad omne ius scriptum. d. §. cum itaque. & sic tanquam genus cõprehendit & constitutiones inferiorum, ergo constitutio inferioris erit propriè constitutio, quia posito genere ponitur q̃ libet eius species. l. si quid earum. §. interemptũ. ff. de lega. iij. & quælibet eius species ponitur propriè, secundum Baldum in l. secunda. C. de iure aureo. annul. & probatur in l. semper in generalibus. ff. de reg. iur. quod verum est si sit tale nomẽ quod possit stare vt genus, & vt species, secundum Bartol. in rub. ff. soluto matri. in quarta oppositione. versi. Sed an hęc expositio sit ex propria significatione, ibi, dic etiam, vt in casu nostro, in quo constitutio, potest sumi vt genus pro quo libet iure scripto, & in specie pro edicto solius supremi principis. & ita tenendo non obstat tex. in dicto capitu. cõstitutio. quia ibi describitur constitutio prout sumitur pro specie, & ista arbitror verissima, & seruire possunt ad statuta loquentia de constitutionibus, vt etiam de ꝯstitutionib⁹ inferiorum sint intelligenda. quod credo verũ in materia fauorabili, sed in odiosa videtur, quòd de constitutionibus principum duntaxat veniant interprerãda, quia materia odio-
11 sa verbum, † quod põt sumi vt genus & vt species, semper intelligendum est vt species, secundum Panormitan. in cap. Rodulphus. colum. j. infra de rescrip. & solet allegari text. in l. hoc legatũ. ff de legatis iij. & ita in statutis dicit Alexãd. in rubr. ff. soluto matrimonio. colũ. vj. Sed circa prædicta,
12 aduertendum est ad plura, nam si constitutio dicitur † à cõ, quod est simul. & statutio, quasi commune statutum, vt dicunt Panormita. & alij hic. non videtur verum, quòd constitutio propriè dicatur edictum solius principis, vel alterius inferioris: sed id quod à populo, vel ab aliqua vniuersitate, seu collegio statuitur, propriè dicatur cõstitutio, quasi communis statutio: istud ostendit etymologia', quæ nihil aliud est, quàm resolutio verbi in proprium significantem. secundum Baldum in cap. primo. §. si quis de manso. in vsib. feud. de controuer. inuestitu. & ita dicunt Goffre. & Imo. hic, & Ioan. Mona. in rubr. eiusdem titu. libr. vj. & Archid. in cap. primo. in verbo, constitutionem. eodem titu. libr. vj. ad istud Panormita. hic videtur respondere, quòd non dicitur constitutio communis statutio, eo respectu, quòd à congregatione edatur, sed ea ratione, quia debet esse omnibus communis & æqualis. c. erit autem lex. iiij. dist. alioquin si contra particularem personam edatur, iniqua est & ab ea potest appellari. l. prima. §. solent. ff. quando appel. sit, & cõtra legẽ, vel statutum, in odium aliquorum particularium editum,
13 obstat doli † exceptio. l. prima in fin. ff. de excep. doli. & dixi respons. 86. incip. punctus quæstionis est. & respons. 88. incip. certi & indubitati iuris est communitatem Montilij. Aduerte, quia Panormit. in hac solutione videtur sibi aliquantulum aduerfari. vult enim constitutionem ideo nominari, quia omnibus est communis, ergo etiã lex populi, erit propriè constitutio, quia & ipsa debet esse communis. d. c. erit autem lex. cuius contrarium dixit supra Panormitan. & certè si vera est hæc etymologia, fateri oportet quòd constitutio principis non sit propriè constitutio. nisi saluando dixeris, quòd constitutiones principum statuuntur cum consilio, & deliberatione procerum sacri palatij & totius cœtus patrũ, & senatorũ. l. humanum. C. de legib. & isto respectu possent dici editæ à cõgregatione. sed adhuc hæsito, quia & si princeps statuerit cum consilio procerum, non tamen ipsi consultores dicuntur simul statuere, quia actus non attribuitur consultori, sed consulto, vt traditur per Panormita. in c. non potest. colum. fi. de re iudic. & Rot. de rescript. decisione lxxiij. & ratio est, quia consultus non tenetur nisi velit consilium sequi. c. cum olim. de arbit. & quòd actus condẽdi legem attribuatur soli Imperatori, est text. ad literam in l. fin. ibi, in præsenti enim leges condere soli Imperatori cõcessum est. C. de legibus. Ideo tu considera si melius dici possit, quòd dicatur constitutio quasi ꝯsiderata & deliberata statutio, iniquit enim Martianus ex re constituendum esse, id est considerandum an is qui vulnerauit vt occideret, pro homicido damnandus sit. l. 1. §. diuus. ff. ad legem Cornel. de sicar. Vel quasi ꝯstãs statutio. l. iustitia. ff. de iustitia & iure. Iux
14 ta præmissa quæritur, an Papa † absque collegio Cardinalium, & Imperator absque consilio procerum possint legẽ condere? & *communiter* respondetur quòd Papa, & Impera-

tot soli possunt legem condere, & quæcunque ardua per agere, absque eo, quòd teneãtur requirere, vel sequi cõsiliũ suorum procerum, & Cardinalium, quod iuribus & rationibus comprobatur. Primò per tex. in l. humanum. C. de legi.
50 vbi Alb. de Ro sa. dicit ita esse tenendum, quia ista est cõis opinio per d. l. fi. C. eo. sed licet ille tex. dicat ꝙ solus Imperator est legum conditor, & interprès, non tamen sequitur, ꝙ non teneatur in editione iurium habere consilium suorum
15 procerum, tum quia dictio solus, † non excludit consocios, secundum gl. in verbo solus. in c. plerunque. ij. q. vij. & in c. submittitur. xxj. distinctio. gl. in c. j. in. gl. fin. de hæret. li. vj. Bal. in l. j. in 1. opp. C. de bono. pos. contra tabul. facit tex. in c. si autem. xv. q. vij. tum quia dicitur solus facere qui aliorum consilio facit, vt supra dixi. Secundò per tex. in capit. cuncta per mundum. ibi, sine vlla synodo. ix. quæst. tertia, sed hic tex. loquitur de apostolica sede, quæ sine vlla synodo potest damnare, & soluere. intelligo autem apostolicam sedem consistere in Papa, & Cardinalibus, vt notat Ioannes Andreas in capit. si abbatem. de electio. lib. sexto, & in c. authoritate. de priuileg. eo. lib. Tertiò allegat tex. in clement. prima, ad fin. ibi plena, & libera dispositio, ex suæ potestatis plenitudine pertinere dignoscitur, vt lite pendente. iuncta gloss. vulgata in clemen. dudum, in verbo, liberè. de sepul. sed hic tex. nõ loquitur in arduis, sed in collationibus beneficiorum, quæ respectu eorum, quibus conferuntur, dicuntur gratiæ. capit. relatum. de præben. & sunt puri iuris positiui, vt latè per Felyn. in capit. quæ in ecclesiarum. infrà eodem. Item ibi non dicitur, quòd Papa habeat liberam potestatem in beneficia libus simplicirer, & secundum potestatem ordinariam, sed ex plenitudine potestatis, & sic secundum extraordinariam
16 facultatem, qua non debet † Papa vti, nisi ad remouẽda scã dala, nec legitur, quòd populus Romanus vnquam vsus fuerit plenitudine potestatis. teste Bal. in titul. de pace constan. in versi. libellatic. versi. de clausula suppletiua. & in l. 2. circa medium. C. de commun rerum aliena. Curt. consi. xx. colũna 2. Imol. in l. quanquam. C. de testamen. mil. Quartò adducitur persuasiua ratio, ecclesia militans exemplata est ad instar triumphantis, secundum gl. in clem. ad nostram. in verbo ecclesiæ. de hæret. sed in triumphanti, est vnicus Deꝰ cui omnia parent. ergo etiam in militanti debet esse vnus Princeps, qui omnia possit: sed Deus non eget consilio, quo tamen eget Papa. Item hæc consequentia omnem Cæsari adimit potestatem, quam illi Christus permisit. Quintò allegat tex. in c. fundamenta. §. decet. de elect. lib. 6. sed facilius est responsio, si exponatur decet, id est oportet, vt exponitur per gl. in l. h. in verbo decet. C. de postlimi reuer. quod enim decet Papã, cum facere oporter, quia lex honestatis, nõ minꝰ debet obligare Papam quam lex præcepti. vt dicit Bartol. in l. imperium. col. 2. ff. de iurisdictio om. iudi. vbi inquit, quòd
17 duplex est necessitas. Quædam † quæ præcisè imperat, & hac necessitantur subditi à superioribus. Quędam est necessitas honestatis, & hac necessitatur princeps. l. digna vox. C. de legi. licet enim non sit qui audeat dicere principi, cur ita facis, vt dicit Bald. in præludijs feudorum, tamen Deo subijcitur, qui omnibus honesta seruanda præcipit, & si Papa vult in terris gerere vices Christi, verè & non nudo nomine debet sequi vestigia domini, qui à lege honestatis non aberrauit, nec aberrare potuit, cum omne inhonestum sit Deo impossibile, vt no. in c. primo, in princip. per gl. supra de summa trinita. & fide catholic. & debet princeps animaduertere eo minus sibi esse licentiæ, quo plus potestatis habet, teste Bal. consil. 311. lib. primo. incipien. Præmittendum est. & Socynus consi. xx. column. fina, inter consilia Curt. & si pertinacius instetur, dicendo quòd huiusmodi expositio violat literam. Dicam ꝙ ille tex. non loquitur in arduis si loquatur de cõdecentia, & honestate nõ obligatoria nec obstat vniuersalis dictio quibuscunq;, quia nõ est absonum restringere propositionẽ vniuersalem ad ea, quæ ardua non sunt, vt docet Bar. in l. j. §. nunciatio. ff. de noui ope. nun. Sextò ponderatur tex. in l. humanum. C. de legib. si humanitatis est; ergo non necessitatis. l. amb guitatem. C. de vsufruct. l. humanitatis. C. de excusa. tuto. l. humanitatis. C. de impube. & alijs subsitu. Ad istum text. potest responderi, quòd quantum ad Imperatorem, qui vult legem condere, humanitatis est requirere consilium tot virorum, qui ibi numerantur, videlicet procerum, senatorum, & iudicum, quia omnes non fuerunt sibi dati coadiutores imperij, sed requirere consilia eorum, qui dati sunt coadiutores imperij: vel apostolatus, vt sunt Card. per c. venerabilem. qui filij sint legiti. est necessitatis, nõ humanitatis, alioqui frustrà constituti essent à Deo coadiutores, vt infra dicetur, vel potest responderi, vt responsum fuit ad tex. in d. cap. fundamentum. §. decet. Septimò citatur tex. in cap. j. xx. distinctio. vbi dicitur, quòd Christus commisit Petro clauigero iura cœlestis, & terreni imperij. Quidam dicunt, quod hic tex. palea est. & verum dicunt, quia est Gratiani, qui gratiam pontificis aucupatur, vel aliter respondetur, quòd Christus commisit iura Petro seruanda, non violanda. violantur autem si coadiutorum consilium in arduis non requiratur. dict. cap. per venerabilem, & infrà probabitur, vel aliter respondetur, quòd soli Petro non fuerunt commissa iura cœlestis, & terreni Imperij, sed omnibus Apostolis, quibus dixit, quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlis. Matthæi xvij. & quibus dixit, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, erunt eis remissa. Ioannis vigesimo. & quibus etiam dixit, ite & prædicate Euangelium omni creaturæ. Matthæi vltimo. id ausem quod dicit Petro, in persona omnium dicit. capit. quodcunque ligaueris. xxiiij. quæstio. j Immo si verum agnoscere velimus, fateri cogemur Petro non fuisse comm̃ illa iura terreni Imperij, quia Christus dixit regnum meum non est de hoc mundo; & quia iussit Petro, vt gladium poneret in vagina. Et ex istis patet responsio ad aliud argumentum, dum dicitur, quòd Petrus & Cephas, & caput Apostolorum, quia istud non negatur, sed dicitur, quod non sequitur consequentia, ergo solus potest ardua tractare, vt infrà patebit. Immo sequivideretur contraria sequentia, quia caput à membris separari non debet, alioquin necesse est corporis dissolutionem fieri. capitul. sunt plurimi. §. verum. & capitulo ex merito. 6 quæstio. j. & capit. nihil sic debet formidare xj. q. j. Ex istis etiam patet responsio ad plura alia iura, quæ soli Papæ supremam attribuunt potestatem, tum quia ei soli data non fuit, sed omnibus apostolis, tum quia in arduis constituti fuerunt cardinales, & episcopi coadiutores officij. d. c. per venerabilem. tum quia talia iura edita fuerunt ab ipsis pontificibus, quibus credendum non est in ea parte, qua sibi iurisdictionem & authoritatem adscribũt, nisi quatenus euangelica lege eorum potestas iustificatur. l. ex sententia, vbi Bartol. ff. de testamen. tutel. l. vxori. §. primo. ff. de falsis. & copiosè per Felyn. post Panormita. Hostien. & alios in cap. quoniam contra falsam. colum xx. de probatio. Decius consil. 144. colum. iiij. Nec refert, quòd plures numero teneant pro potestate Papæ, quia adulatores fuerunt, vt plerique autumant, & de eorum authoritatibus non est curãdum, quia non ex multitudine authorum, sed ex ratione ius constituẽdum est. l. j. §. sed neque. C. de vete. iure enuci. & inquit Dominus, in iudicio non acquiescas sententiæ plurimorum, vt à veritate deuies. Exodi vigesimotertio. Octauò Barbat. in tractat. de præst. cardin. quæstio. 2. ponderat tex. in cap. Episcopo. ix. quæst. 3. vbi dicitur, sola Romana ecclesia sua authoritate valet iudicare de omnibus, de ea verò nulli iudicare permittitur. Sed hic etiam tex. probat oppositum quia cardinales cõstituunt Romanã ecclesiam vt ostendunt Panormittanus, & Felyn. post Ioann. Andr. in c. ego N. de iureiuran. Immo, si verum agnoscere velimus, Romana eccle-
18 sia † constituitur ex omnibus Christi fidelibus, quia vnica est ecclesia Christi super petram, id est super fidem fundata. Nonò facit, quia papa est vicarius Christi in terris. c. quãto. de transla. episco & cap. quos Deus. xxxiij. quæstion. 2. ergo sicut Christus non requirebat consilium ab Apostolis, non etiam debet eius vicarius arctari ad requirendum. ad istud responderi potest dupliciter. primo quòd Christus non egebat consilio rudium Apostolorum, sicut Papa eget consilio cardinalium. Secundò respondetur, quòd ardua non trãseunt in vicarium, nec successorem in dignitate nisi specialiter concedatur, secundum Baldum. & Felyn. in capitu. fina. §. primo. de officio. delegat. & quòd non transeant in vicarium, probatur cap. ij. & iij. de officio vicar. lib. vj. non legitur autem talis potestas data specialiter Papæ, immo sibi est interdicta, vt infrà probabitur. ergo, &c. plura alia adducuntur pro hac sententia, sed quia leuia sunt, & ex præmissis dissolui possunt, non curo aliter super eis insistere. ¶ Pro contraria sententia, quòd Papa nequeat ardua negotia expedire sine consilio Cardinalium, & diuinis, & humanis iuribus probatur. Primò legitur Deuteronomij secundo. si aliquid difficile, & ambiguum emerserit, veniens ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt ibi iudicij veritatem, quorum sacerdotum Leuitici generis loco successerunt cardinales, capitulo per venerabilem. §. rationibus. qui filij sint legitimi. Secundò probatur ad Galatas capitulo secundo, vbi Paulus cui euangelizandi munus à Deo commissum fuerat, oraculo diuino iussus contulit suum euangelium cũ Barnaba, & Tito coapostolis

ſtolis & comitibus,quos ſolos habebat in Hieroſolyma.Ter
tio probatur Lucæ.xxij.vbi ſuborta inter apoſtolos conten
tione de primatu,reſpondit Dñs,ego in medio veſtrum ſum
ſicut qui miniſtrat,vt doceret eũ qui primatũ ambit,debere
miniſtrare iura,& cætera ardua in medio apoſtolorũ, id eſt
cardinalium, & epiſcoporum ſedens, & non clanculum,&
ſeorſum ab eis & ſine cõſilio illorũ. Quarto poteſtas ſoluen-
d & ligandi fuit omnibus apoſtolis conceſſa, vt oſtenſum
fuit ſupra.firmant Pan.& alij cõiter in c.tranſlato.j.eo. & p-
batur in ca.loquitur dominus ad Petrũ.xxiiij.qõ. 1. vbi Cy-
prianus Papa inquit,licet exordium catholicæ fidei abvnita
te proficiſcatur,ſcilicet à Petro,tamen cæteri apoſtoli idem
ſunt qđ Petrus,pari cõſortio prædiți, & honoris & poteſta
tis.ad idem tex.apertus in c.noua.de pœniten.& remiſſio.Et
licet Petrus fuerit cõſtitutus apoſtolorum caput, non tamẽ
ſequitur,ꝙ ſolus poſſit ardua tractare ſine conſilio fratrum,
quibus communiter fuerunt traditæ claues & data legis cõ
dendę poteſtas.Immo ex hoc ꝙ Petrus fuerit cõſtitutus pri
mus,& caput aliorum,non ſequitur,ꝙ prælatus nõ poſſit le
gem promulgare, nec quicquam arduum peragere ſine cõ-
ſenſu collegij cardinalium.c.quanto.c.nouit.de his,quę fiũt
à præla.ſine conſen.cap.& traditur per Inno.in cap.quod in
dubijs.de rẽnuncia.& in cap.ad aures.de tempo. ordi.& per
Abb.in clemen.ij.de reb.eccle.nõ alienan.& Lapum allegat.
xlix.licet materia & per Panor.& Felyn.poſt Inno.in c. cau-
ſam quæ.colum.ij.de iudic.& Felyn.in c.fi.§.j. col. penultim.
de offic.deleg.Nec dicatur ꝙ iura quæ dicunt prælatum nõ
poſſe ardua tractare ſine conſenſu capituli,loqui in prælato
inferiori,vnde non deberet extendi ad Papam vel Imperato
rem,qui ſunt legibus ſoluti.l.princeps.ff.de legib.quia rñdeẽ
ꝙ dicentes Papam poſſe ardua peragere ſine conſenſu,& cõ
ſilio cardinalium,quia eſt ſolutus legibus,præſupponũt Pa-
pam ideo poſſe,quia poteſt iura peruertere, non autẽ poſſe,
quia reperiat à Deo ſibi data huiuſmodi poteſtas, quod vl-
timum probandum eſt,quia de poteſtate principaliter quæ
rit.vr autem ex præmiſſis probari,ꝙ Petro ſoli nõ fuerit da-
ta poteſtas,ſed omnibus ſimul quo ſtante,aut volumus di-
cere datam fuiſſe omnibus collegialiter,& tunc neceſſe eſt
iuriſdictionẽ eſſe apud collegium, & ſic apud oẽs vt vniuer-
ſos,& non penes ſingulos.c.irrefragabili.§.exceſſus,& quod
ibi not.de offic.ord.firmat Panorm.in c.prudentiam.in prin.
col.ij.de offi.delega.& iſtud fateri videntur hi, qui dicunt Pe
trum eſſe caput collegij apoſtolorũ.Caput enim corpus præ
ſupponit.c.cum non liceat,de præſcrip.ad eſſentiam cuiuſli-
bet perfecti collegij †requiritur vnum caput,ſecundum In
19 nocen.in c.dilecta.de exceſ.præla.& iſtud eſt, quod docebat
Paulus apoſtolus Epheſios.iiij.c.vnum corpus,vnus ſpiritus
vna ſpes vocationis noſtræ,vnum baptiſma,vnus dominus,
vna fides,vnus Deus,quam vnitatem tenere, & vindicare de
bent.maximè hi,qui in eccleſia Dei præſunt.capit. loquitur.
xxiiij.q.j.Aut volumus dicere iuriſdictionem & poteſtatem
datam fuiſſe omnibus vt ſingulis,& tunc neceſſe eſt alterum
de duobus fateri,aut ꝙ ſit data omnibus ſimul, aut cuilibet
in ſolidum.primo caſu conſtat vnum non poſſe iuriſdictio-
nem exercere ſine alijs.l.fi.C.de autho.præſtan.l.ſi vni. ff. de
re iud.& d.c.prudentiam,& capit.cauſam.de officio delegat.
Secundo caſu quilibet poteſt eandem iuriſdictionem exer-
cere,cum eam quilibet habeat in ſolidum.l.1. de offic. con-
ſu.c.cum ab eccleſiarum prælatis. & c. duo. de offic.ordin.&
ſic quilibet epiſcopus hoc attento haberet eandem poteſta
tem, quam habet Papa, quia epiſcopi hodie repreſentant
apoſtolos,& eorum loco ſucceſſerunt.capit.in nouo.xxj. di
ſtinct.cap.quorum.lxviij.diſtinct. c.1.§. porro.lxvj.diſtinctio.
cap.videntes.xij.qõ.& conſequenter quilibet poſſet ardua
tractare ſolus, ſicut prætenditur Papam poſſe. Sed iſtud
vltimum negabunt qui partes pontificis tuentur, ergo co-
gentur fateri alterum,quòd poteſtas ſit omnibus ſimul da-
ta, ergo vnus ſine alio non poterit ardua tractare. Quintò
pro hac parte facit text. ad literam in capitulo Anaſtaſius.
xix. diſtinct. vbi Anaſtaſius Papa nutu diuino percuſſus eſt,
quia ſine conſilio epiſcoporum & preſbyterorum Acha-
tium hęreticum communicauit eccleſiæ.Et ſi tu dixeris, vt
dicunt gloſſ.& alij,quod ille text. loquitur in concernenti-
bus fidem,in quibus eſt ſpeciale, quòd Papa non poſſit ali-
quid ſtatuere ſine conſenſu vniuerſalis conſilij, tunc vel-
lem duo à te ſcire. Primum vtrũ Petro data fuerit alia po-
teſtas,quæ extra fidem ſit, & quæ ad fidem non pertineat.
mihi enim videtur, quod dominus Ieſus Chriſtus dum di-
xit,tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam
meam,loquatur de eccleſia ſua, id eſt fide, quam ſuper pe-
tram,id eſt firmitatem ædificare voluit.capit.fidelior. 50.di-
ſtinctio.& hac de re rogauit,vt non deficeret fides Petri.ca-
piru.j.§.primo.xxi.diſtinctio.nam de temporalib. quæ fidem
non concernunt,nulla reperitur Petro conceſſa poteſtas,vt
ſuprà,dixi.vnde Papa qui vices Domini noſtri Ieſu Chriſti
gerit in terris,eam non debet ſibi arrogare poteſtatem,quã
Dominus noſter reſpuit,dum dixit, regnum meum non eſt
de hoc mundo,ex quo conſtat Petro & eius ſucceſſoribus
ſolam animarum curam fuiſſe decretam.Et ideo ei dixit,pa
ſce oues meas verbo fidei & doctrinæ.ſi ergo nulla alia fuit
ſibi cura demandata,quàm animarum ſalus,quæ in ſola fide
conſiſtit.capitul.primo.ſuprà titulo primo.Et in his quæ fi
dem concernunt,nihil poteſt ſine conſenſu coepiſcoporũ,
conſequitur vt nihil arduum poſſit ſolus attentare. Secun-
dum,quod vellem ſcire,eſt,quænam fuerit ratio ſpecialita-
tis,quare in concernentibus fidem Papa nihil poſſit ſine cõ
ſilio. Si reſponderis ita ſtaturum,quia Papa ſolus poteſt er-
rare,prout erravit Anaſtaſius.reſpondebo etiam Papam er-
rare poſſe,in reliquis quę fidem non concernunt,vnde nec
in reliquis quicquam poterit ſine cõcilio,in quo nullus fuit
error inuentus.cap.à recta.xxiiij.quæſtio.j.conſtat enim Pe
trum etiam quandoque lapſum & à Paulo correctum emẽ
datumque fuiſſe.Si autem reſponderis ita ſtatutum,quia de
arduo agitur negotio vt plerique dixerunt.Ergo eadem ra-
tione ita ſtatuendum in aliis arduis,quę fidem non concer-
20 nunt,nam etiam in iuribus limitatoriis † ex identitate ra-
tionis idem ius ſtatuitur. l. filium habeo.ff.ad Macedonia.
l.libertum.§.ſenatuſconſul.ff.de ritu nupt.no.Barto.in l.ſi cõ
ſtante.in ix.queſt.j.partis.ff.ſolut.matrimo.& Iaſ.in authen.
quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ.Plura etiam iura tã ci-
uilia,quàm canonica adduci poſſent pro hac parte.Sed quia
faciunt in argumentum,non curo de talibus à longe facien
tibus implere folia,& maximè quia Modern. hic & Barb.in
tract.de præſtan.Card.nonnulla ex ipſis citarunt.& hanc ſen
tentiam contra Papam& Imperatorem tenent Ioan.Mona.
& alij plures relati hic per ſcriben.& idem tenuit Bald. in l.
cum multa.C.de bonis quæ liberis.Bald & Iaſon in l.placet.
per illum text.C.de ſacroſanct. eccleſ.& per tex.in l. fina.C.
de diuer.reſcrip.Andr.Sicul.in d.tract.de præſtan.Cardi quę
ſtion.ij.& Felyn.ſibi contrarius in d.c.fi.§.j.j.de offic delega.
Et revera horum ſententia potior videtur, tamen pro con-
182 † ad statutum disponens nullum debere admitti in collegium, nisi sit natus in ciuitate, vel nisi sit ciuis originarius, vel q̄ nullus possit esse primus p̄sul, nisi sit originarius ciuis, vt Auenionensi statuto cauetur. An natus alibi à casu, poterit ēe consul, vel de collegio? Rñdent ipsi, q̄ sic, per illum tex. Non obst. text in l. ciues. C. de incol. li. x. quia loquit̄ in nato in loco, in quo parentes cōstituerunt domicilium. Nos loqmur in nato alibi à casu, fm Bart. in l. filios. C. de municip. & orig. Ibi tñ Bar. non ausus fuit hanc decisionem firmare, sed Io. de Platea ibi. audacter eam approbat, quia mī q̄ aium reuertendi hēbat, fingitur fem per fuisse in ciuitate. l. j. & l. retro credit̄ ff. de ca. & postli. reuer. & sic fingitur peperisse in ciuitate, vnde aufugit, sequitur Pan-
183 in c. Rodulph. de reseri. & † ibi Felyn. attestatur ita fuisse practicatum in sua persona, cui casualis origo fuit ex Felyna oppido Regiēsi, origo verò vtriusque parētis ex Ferraria vrbe, in qua viger hmōi statutū, quo nō obstante fuit receptus in collegiū p̄dict̄a. Idē expresse determinat do. Lāc. Decius in l. hæres absens §. proinde ff. de iudic. dicēs q̄ ista opinio est cōis, fm Aug. de Arim. in d. §. legatum. Adducit decisionem Barto. in l. j. ff. ad municip. vbi vult quòd comitatensis qui non caret oīmoda ciuitate. l. qui ex vico ff. ad municip. natus in ciuitate sua à casu non efficiatur ciuis. Multominus ergo efficiatur ciuis non Comitatēsis ibidem natus & consequenter remanębit originarius ciuis ciuitatis à qua aufugit mī, & ibi parentes habebant domicilium. ¶ Cōtrariā sñiam tenet Imo, Raph Cor. do. Alex. ac Pau. de Cast. in secunda lec. in d. §. legatū, & fuit de mēte gl. in d. l. filias. in sui gñalitate licet Bar & Io. de Pla. eā restringant. Idē tenet Rapha. Co. in l. cætera. §. fi. ff. de leg. j. vbi attestatur se consuluisse p̄ Bar. & q̄ ita seruari putat per text. in d. l. ciues. & q̄a in acquirēda origine cōsideratur veritas nō patris destinatio l. assumptio. ff. ad munici. Als sequeretur, q̄ si quis iret Parisijs cā ibi habitandi & in itinere vxor pareret, q̄ filius eēt originarius Parisiensis, vbi pr nunq̄ fuit: quod est absurdū fm esī. ¶ Ad tex. in d. §. legatum. rñdet Imo. q̄ in casu illius § partus fingitur natus in loco à quo mater aufugit, quia nisi ita fingeretur, frustraretur intentio testatoris. In casu nostro, licet natus alibi à casu non fingatur natus in loco domicilij, non offenditur legis dispositio, sed obseruatur dicta l. ciues. Ad argu. q̄ attrēdēda sit destinatio p̄ris habentis animu reuertēdi, rñdet Rapha. verū esse quo ad regulādā dispōnē ipsius, nō aūt quo ad regulādā dispōnē legis. ¶ Quid tenēdū? Prima opinio, vt dixi est *cōis*, quæ mihi vī vera, si filius fuit ꝫceptus in loco domi-
184 cilij, & natus alibi à casu, qa vbi agit̄ de fauore filij, ꝫceptus habetur pro nato. l. q̄ in vtero. ff. de statu homi. Sed si fuit natus & ꝫceptus in loco ad quē à casu pp pestē aufugit. fortè cōtraria opinio sustērabilior esset. cū nō posset fingi natus ī loco domicilij, in quo neq; ꝫceptus, neq; natus fuit. l. j. C. de capti. & postl. reuer. ¶ Sed remanet vna difficultas, quia q̄ dicatur natus in loco domicilij procedit ex fictione, † statuta autem intelligident in casu vero, & nō in casu ficto. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Sed defendendo p̄dictas decisiones & files rñdet, q̄ vbi casus fictus reperitur, æquiparat̄ p̄ius cō, casui vero tunc statutum loquens in mā iuris hēt locum etiā in casu ficto. ca. ad audien-

a Inter viuos. ita ēt cō muniter tenent ēt Clar. lib. 4. recep. sent. §. donatio. q. 4. vers. & hęc quidē & quòd non solū requiritur mentio mortis vel ī firmitatis sed etiam quòd referatur in tēpus mortis secundū oēs ad hoc vt dicatur do. cā mortis, vide ibidē, versiculo cæterum.

IROTT.

d. etiã vbi Imo. & Pan. de cleri. non resi. declarat Ale. in l. j. §. lex Falci. ff. ad legẽ Falcidiã. d. Ias. post Ale. in l. q se patris. co. xxiij. C. vnde lib. & ita rñdet Fel. in d. c. Rodulph. & in c. at si clerici. eo. iij. de iud. Casus aũt fictus est æquiparatus vero à lege, vide-
188 licet per tex. in d. l. qui ĩ vtero ergo &c. Decimonono † siqs ꝓp pestẽ nõ audet accedere ad adipiscẽdã possessionẽ rei suæ vel bñficij sibi collati, poterit ascendere pinaculũ, vel montẽ, vñ videre possit rem illã, & ꝑ aspectũ possessionem apprehendere. ſm Alb. de Rosa. ĩ l. j. §. si iusserim. ꝛ. de acq. pos. p illũ text. & ꝑ tex. in l. quod meo. §. si p vẽditorẽ. ff. eo. tit. & ꝑ text. in cap. ꝓtingit. de do. & ꝓtu. dicens se ita in facti ꝓtingentia cõsuluisse cuidã amico suo. ¶ Sed do. Ias. ibi reprehendit istud ꝓsilium, qa ita demũ aspectu acqrit possessio, si tradẽs possessionẽ ꝑ aspectũ ipse possideat: Secus si res à nemine possideat, tunc oculis
189 possessio acquiri non potest secundum gl. in l. prima. in princi. ff. eodem, per textum in l. iij §. Neratius ff. eodem. vbi no. Ludo. Roma. Ad tex. in d. c. contingit. rñdet ꝙ ibi speciale est odio aduersarii non patientis ꝛ se fieri executionẽ ſniæ. vnde casus ille non est trahendus in ꝓniã. l. ius singulare. i. qd vero ꝛ. ff. de legi. Quid dicẽdũ? Pro resolutione vidẽdum est, an iure cõi possessio possit acqri solo aspectu. & isto modo loquitur d. Ias. nam de iure cõi non acquitur solo aspectu nisi cõcurrat animus possidentis volentis transferre possessionẽ in aliũ solo aspectu. d. l. iij. § Neratius. Et ꝓpea Spe. i. de primo & scdo
190 decreto. § iã de effectu. in prin. tenet, † ꝙ nũcius stãs in conspectu rei non possit tradere possessionẽ alteri. sequit̃ do. An. in c. cũ veniſſet. ad fi. ver. vnũ non omitto de restit. spolia. Bal. & Pau. de Ca. in l. non est mirũ. ff. de pign. act. p illũ text. ꝑ quẽ declarãt iura volẽtia possessio. trãsferri ꝑ aspectũ, vt ꝓcedant qñ possess. trãsferẽ ꝑ possidentẽ. secus si ꝑ nunciũ vel alium nõ possidẽtẽ. & hæc est cõis doc. ſnia, vt patet exp̃ditis, & ex allegatis p Ale. in d. l. j. col. antepe. & p Fel. in c. cũ aliquib. de re iu
191 di. ¶ † Sed dò videndũ est, an subsistente iusto impedimento puta pestis vel guerræ seu capitulũ inimicorũ possit acquiri possessio ꝑ aspectũ. & in istis terminis loquit̃ Albe. de Rosa. q dixit veritatẽ, ꝙ subsistente legitimo impedimento acquiri p̃t possessio per tex. in l. quãuis. ff. de bo. auctо. iud. possi. & in l. si finita. §. illud q̃ritur. ff. de dam. infec. per q̃ iura ita determinat Bart. in d. l. j. in prin. col. pen. ver. qd si executor. ff. de acqui. pos. quẽ sequunt ibi Are. Alex. & d. Ias. & Ang. in d. l. quãuis. Pano. in c. ij. de ꝓsuet. do. Ant. & Fel. in d. c. cũ aliqbus. Bal. in l. maritum. C. ne vxor pro mari. Vbi decidit primum & ſm decretum posse interponi verbotenus, qñ propter potentiam tyranni non potest apprehendi possessio. Sed Imo. ꝓs. 116. In causa spectabilis militis. co. iij. intelligit dicta iura ꝓcedere, quantum ad effectũ primi decreti, vt ꝙ hat pignus ꝓtorũ, nõ autẽ quantum ad effectũ acq. pos. respectu scdi decreti & exterorũ effectuũ. Et re vera illa iura loquuntur respectu primi decreti. Docto. tñ ea extendunt generaliter ad quamlibet apprehensionẽ possessionis ſm Fely. in d. c. cum aliquibus Ideo à cõi opinione nõ esset tutũ recedere. ¶ Sed pro dilucidatione, quia passus est aliquãtulum obscurus puto aduertendũ esse ad plura. Primo considerandũ est, an possessio sit vacua aut occupata? Si vacua sit, ego credò indubitãter, ꝙ per nuncium vel executorem & similes possit in alium trãsferri possessio per aspectũ maximè subsistente impedimento. Nam rõ quare tex. in d. §. si iusserim. exigat ꝙ transferens possessionẽ per aspectũ sit in possessione, illa fuit, quia oportet ꝙ transferens possessionem per aspectũ dicat se vacuam & expeditam possessionem tradere. d. l. quod
192 meo. § si per venditorẽ. ergo possessio non sit occupata & executor seu nuncius habens authoritatem transferendi possessionem, per aspectũ transferat, non video quare alteri non acquiratur, & in illis terminis ꝓcedit decisio Ioã. And. in c. transmissam de elec. & Pan. in d. c. cũ aliquibus. volentiũ † ꝙ p investituram factam à collatore in conspectu beneficij, transferatur possessio, qa eps seu alius collator hẽt custodiã ecclesiæ vacãtis. c. cũ vos. de offi. ordi. Ecce ꝙ loquuntur qñ ecclesia vacat, & possessio ab alio nõ occupat̃, & ita ẽt dẽt intelligi cõsi. Lud. Roma. ꝓs. xxxvij. Quo ad primũ. & cõs. 482. In casu præ-
193 misso. ¶ Scdò † casu, qñ ab alio est occupata possessio, tunc si causa cognita ꝛ occupantem lata sit snia, cuius executio propter pestẽ vel aliud ĩpedimentũ fieri non possit, poterit ꝑ executorem transferri possessio solo aspectu. ita ꝓcedat decisio
194 Bar. cõiter approbata in d. l. j. immo hoc casu si per aspectũ ẽt transferri nõ posset, sufficeret verbalis traditio sola extra aspectũ. ſm Fely. in d. c. cũ aliquibus & probat̃ in d. l. cũ vnus. §. fin. ff. de bo. auctо. iud. possi. & in d. l. si finita. §. pen. & in l. damni in fecti. §. non solũ. ff. de dam. infec. si verò alius possideat & non sit lata snia ꝛ cũ. tunc neq; iudex, neq; executor, neque nũcius poterit transferre possessionẽ in aliũ p aspectũ, qa ẽ necesse ꝙ possessor priuet, si dẽt ĩ aliũ transferri, cũ duo nõ possint eãdẽ rẽ insolidũ possidere. l. 3. §. ex ꝛrio. ff. de acq. pos. non ꝓt autem alius priuari, nisi deiiciatur corporaliter de fundo, vel suspicetur se posse repelli. l. clã possidere. §. q ad nundinas. ff. eo. tit. Nihil ergo agit qui inuito vel insscio possessore vult illi' possessionem in alium trãsferre p aspectum. ¶ Et hãc distinctionẽ colligo ex d.
195 Io. And. & cõpost. in d. c. transmissam. † vbi volunt ꝙ ita demum executor p investiturã factam in ꝛspectu transfert possessionem bñficij, si nullus possidebat, vel si ꝛ possessorẽ erat lata snia, al's secus. sequitur Pan. in d. c. cum aliqb'. Bñ facit decisio Rotæ. viij. in ti. de restit. spol. in antiquioribus decisio j. de cau-
196 poss. & ꝓprieta. in antiquis, & est. cccij. ordine successiuo. † ꝙ executor ꝓt per tactum annuli portæ ecclesiæ c. causæ transferre possessionẽ, quia annulus est pars rei ff. de actio. em. l. fundi. in prin. etiã ꝙ alter habeat claues & custodiã ecclesiæ. Secus si alter hẽat possessionẽ qui p solũ annuli tactũ sua possessione deiicinon ꝓt. sequit̃ Socy. cõsi. 131. In pñti cõsultatione. col. j.
197 j. ij. ¶ Alia etiã rõne istud cõprobat̃, † Traditio q̃ fit p aspectũ est traditio ficta, ſm Bar. in d. l. j. colu. pe. quem ibi Alex. & Mod. sequuntur, sed fictio nõ admittitur nisi ęgras suadeat. l. denique. ff. ex qb. ca. maio. Non vt aũt æquũ aliquem priuari sua possessione cã non cognita. l. meminerint. C. vñ vi. iõ † lex solum cã cognita & snia lata fingit possessionem traditã per aspectum in ꝓiudicium alterius. ¶ Et si dixeris ꝙ hac rõne attenta etiam possessio vacans nõ deberet transferri p aspectum, cui' contrarium conclusum fuit ꝛ Rñdeo etiam hoc casu subesse æquitatem quia æquum est ꝙ hũs ꝓtãtem trãsferendi possit. si velit,
198 transferre. Subest etiã necessitas ꝓp impedimentum, & † vbi necessitas expostulat. lex fictionem admittit. l. denique. & l. nec vtilem ff. ex quib. cau. maio. Vel fortè dici posset, ꝙ traditio p aspectum dicatur vera traditio, cum ita traditione & acquisitione interueniat animus & corpus acquirentis & trãsferentis, Sunt enim oculi pars corporis. l. quarundã ff. de acqui. pos. per q̃ Ang. & Imo ibi tenent ꝙ traditio per aspectum sit vera traditio. ¶ Nec ob ꝙ text. in §. si iusserim. & in d. l. quarundam. vtatur verbo, vt. importante fictionem, quia qñque veritatem importat. l. naturaliter in prin. ff. de acqu. poss. quę loquitur in nostra mã, & l. iciendum, vbi Bar. in 2. no. de ver. ob. Sed si per aspectum transferat̃ possessio p executorem cã cognita, & lata snia ꝛ possessorem, tunc fictio cõsistit in hoc, qa fingitur deiect' possessor, qui verè deiectus ñ fuit, non autem in eo ꝙ vera non sit traditio per aspectum. cõis tñ opinio est ꝙ dicat ñcta traditio,
199 iõ cogitabis. ¶ Item aduertendum puto, an tradatur per aspectum vacua possessio ab executore & sit ', an occupata. Primo
200 casu, l. 3 † traditio dicatur ficta rõ ipsa possessio tradita est vera possessio, d. l. §. si iusserim. Sicut possessio acqsita per constitutum est vera possessio. l. certè. ff. de ꝓcar. licet traditio facta per ꝓstitutum sit ficta traditio. l. qd meo. ff. de acqui. poss. ¶ Scdo casu si tradatur occupata, erit etiã ficta possessio, ſm Bart & scribent. in l. quis. ff. eod. ti. nisi reus ꝓpter eius potentiã vel dolum impediat quominus fiat executio sententię, tunc in odium inobedientis actor ꝛstituitur verus possessor à lege. ſm Card. in
201 c. contingit quem sequtur Fely. in d. c. cum aliquibus. ¶ † Et si ꝙras q̃ vtilitas resultet an dicatur vera vt ficta possessio? Rñdeo, vtilitas est maxima quia ficta possessio non ꝓdest ad inchoandum ꝓscriptionem, vera autem sic. ſm gl. fi. in l'a, fine possessione. de reg. iur. li. vi. q̃ in terminis nris dixit sing. Lud. Rom. sing.
202 cccxiij. incipien. Lex quis. † Item ficta non parit effectum recuperandæ, vera ãt parit, ſm Alex. & Mod. in l. si sorori. C. de iure deliberan. de quo dixi in rub. de cau. pos. & ꝓprie. & istud in ꝓpositonto vult Rota de rest. spolia. decisio. 8. in antiquiorib'.
203 ¶ Vigesimo † licet tr̃ quarta canonica debeatur parochię in qua corpora assumuntur. c. in nra. ca certificari. de sepul. Tñ si quis moriatur in loco, ad quem diuertit ꝓpter pestem, quarta non debetur parochiæ, in qua decessit, sed parochiæ à qua au-
204 fugit ꝓpter pestem. ſm Ioa. An. Gemi. & cõiter scrib. in c. is qui. per illum tex. de sepul. Et ita consuluit Gaspar Cal. consi. 3. sub rub. de sepul. ¶ Ad rãm rñdetur, ꝙ ꝓcedit in decedẽte in loco in quo defunctus statuerat dom. cibũ perpetuò, vt ad certum tps. Et p ista opinione facit qa ad hoc vt canonica portio debeat parochiali ꝓsbytero, oportet, ꝙ ille ꝓsbyter sit parochianus ꝓsbyter defuncti. d. c. in nra. & c. e. dudum. §. hmõi eod. titu. Presbyter ãt parochianus loci in quo fugitiuus ꝓpter pestem obiit, non ꝓt dicere se esse parochianum defuncti, qui neq; aio neque facto se illi summiscerat, nec ibidem ꝛstituerat domicilium. l. domicilium ff. ad muni. ergo &c. Et ita tenuit Hostien. tie. de parochia § pe. ad fi. Quod intelligit verum d. Phili. Frã. in d. c. is qui. si fugitiuus decessit durãte peste: secꝰ si ea finita: quia tunc ꝓsumitur alius defuncti fuisse velle habitare in illo loco:
205 & transtulisse domicilium. ¶ Vigesimoprimo † licet gabellarij: qui ex conductione gabellarum notabile lucrum fuerunt ꝛ secuti: finita ꝛductione teneãtur sub eisdem legibus & reconuentio

uentiõib.reçõducere,si tãti nõ possint alteri locari.l.cõtẽ ferro.§.q̃ maximos.ff.de publ.Tñ si finita ꝓductione subesset pestis vel guerra,nõ tenent recõducere,ſm Firma,in tract.de gabel.in v.q.2.par.qa dispõ.d.l.cotẽ ferro. dẽt intelligi rebus sic ſe hñtibus,& non mutatis à tpe prioris locationis.l.quod Seruius.ff.de condi.ob cau.cum aliis plenè reductis ibi per Mod.

200 ¶Vigesimosecũdò†licet de iure nemo dẽat baptizari, nisi in ecclesia in quà sacri fontes sunt ſpaſr deputati,vt in authe. vt in priua.domi sacr.miste.nõ fiat.tñ fallit tpe pestis,quo periculosum est ire ad ecclesiã,tunc poterit sacrũ baptisma in priuata domo ꝓferri.cle.j.de baptiſ.& glo.ibi exemplificat tpe hoſtilitatis.Quod etiã de hostilitate Dei.i de peste intelligo iuxta

201 tradita.§.ĩpludijs.¶Vigesimotertiò†licet maritus nõ possit negare debitum vxori etiã leprosæ,nec ab ea discedere.c.2.de ꝓiug.lepro.Tenet.n.maritus vxorẽ morbis & doloribꝰ cõfectã, &.q.q.d ẽt horribile patiẽtẽ sustinere.c.vxorẽ.xxxij.q.v. Nõ tñ crederẽ ꝙ teneret reddere debitũ, & habitare cũ vxore pestifera labe maculata.pea q̃ dixi s.in qnto priuilegio,arguẽdo de mrimonio ſpũali ad carnalẽ.c.inter corporalia.de trãſla.pla.Licet ãt liberet ꝓiugẽ à debito carnis,nõ tñ credas ꝙ pestis cõiu

202 gẽ liberet ab aliis seruitiis &onerib.cõiugalibus.Et iõ†tenet subuenire ꝓiugi morbosæ de medicinis,cibariis,& aliis necessarijs.l.q̃d in vxorẽ.C.de neg.gest.ẽt si vxor sit indotata.l.pe.ff. vt in poſſ.lega.l.q̃d si nulla.ff.de relig.& sumpti.tunc & ita ꝓsuluit Rom.cõsi.67.In casu ꝓpositæ ꝙsultationis.ĩj.dubio.Alex. ꝓli.7.col.j.li.2.tradit ꝑ Bar.& alios ĩ d.l.q̃d in vxorẽ.& in l.si cũ

203 dotẽ.§.sinãt in sæuiſſimo.ff solu.ma.iõ †si maritus tpe pestis aufugeret vxore infirma nõ ꝓuiso sibi de alimẽtis, & medicinis,priuaretur donatione ꝓp nuptias & lucro dotis,q̃d ex forma statuti debet ſm Bal.Raph.Alex.& Mod.in l.si ab hostib.§.j.ff.ſol.ma Nec isto casu donatio facta ab vxore marito consit maret morte,cũ possit culpa imputari marito cur vxor fuerit mortua.ſm Bald.in l.si tibi.C.de donat.añ nupt. quem ſegtur Ric.in c.ĩ nostra.corollario.xxxvij.in si.de reſcri.Et ita limitãda est l.cũ hic status.§.j.cũ simi.ff.de dona.inter virũ & vxo.Idem

204 †d cerẽ,si maritus aufugisset ꝓp pestem non traducta vxore ſana ſecũ,ſed ea volente ſecũ venire dimiſſa in loco pestifero. Nam si moriantur tunc expeſte etiam pderet lucrum dotis, & donationem ꝓpter nuptias,nec donatio sibi facta morte ꝓfir-

205 maretur.Nam vaſallus † relinquens dñm in bello humano perdit feudũ.c.j.quibus mod.feud amit.Sic dicamus in marito

206 relinquente vxorem in bello Dei.Sic†ẽt filius derelinquens pẽm in captiuitate,quẽ poterat liberare, priuat hrditate ꝑis moriẽris in captiuitate §.si vnũ,de ꝑdi.auth.vt cũ de app.cog.

¶De priuilegijs vltimarũ voluntatum causa pestis. Ca.II.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum tempore pestis factum cum minori numero testium ad id requisitorum,an & quando valeat.& seq.*
2 *Priuilegium rusticis concessum,quod ruri possint condere testamentum cum quinque testibus,an & quando valeat.Et ibi,an testamentum ciuis ruri conditum cum quinque testibus valeat.& nu.3.*
4 *Argumentum belli Dei ad bellum hominum,an & quando valeat.*
5 *Testamentũ militis absque iuris solennitate conditum,an & qñ valeat.*
6 *Extensio in priuilegijs non est l cita etiam ex maioritate rationis.*
7 *Testamenti solennitas,scilicet quòd vnico contextu fieri debeat,an & quando remitti possit.*
8 *Codicillandi facultatem,an habeat qui & testandi,etiã si non inueniat sufficientem numerum testium.*
9 *Extensio ex rationis identitate conceditur in limitatoriis.*
10 *Testamentum,in quo propter humanam violentiam non potest haberi testium numerus à iure requisitus,non valet.*
Et idem argumentum censetur,vbi concurrit diuina violentia.ibidem.
11 *Pestis vt priuilegijs à iure sibi concessis gaudeat notabilis esse debet,nõ autem leuis contagio.*
12 *Pestis,si in terris ecclesiæ fœuiat,& sit magna,quot & qui testes requirantur in confectione testa.& ibi,quid si grassetur in terris imperij.*
13 *Testandi facultas ne tollatur in dubijs opinionibus,tenenda est ea per quam testamentum.*
14 *Testandi facultatem cum duobus testibus ij habent qui pestis tempore resident in ciuitate pestilenti pro tuenda repub.& pro subueniendo egenis ac infirmis.*
15 *Milites ex malitia pro repub militantes possunt dum sunt in acie testari quomodo velint,aut possint,habentque substituendi facultatem.i.u.16.*
17 *Medicus qui pro reipublicę salute ac pro subueniẽdo egenis ac infirmis, in ciuitate remanet pestilenti,gaudet priuilegijs standi, cum quibus potest testibus & immunitate ab omnibus muneribus.*
18 *Mulier,an & quando possit esse testis.& nu.22.*
19 *Mulier,an & quando testis esse potest in subsidium.*
20 *Specialia non sunt multiplicanda.*
21 *Testis qualiter dicatur deponere in subsidium.*
23 *Mulier potest esse testis in multis testamento.*
24 *Mulieres etiam duæ tantũ possunt esse testes in testamẽto inter liberos.*
25 *Testamentum mulieris tempore pestis conditum absque præsentia duorum proximorum,an valeat,*
26 *Statutum disponens ꝙ mulieris testamentum non valet, nisi adsint duo proximi,intelligitur si eos habeat.*
27 *Proximos habere non dicitur, qui tempore contractus habet absentes.*
28 *Testamentum tempore pestis cum quinq; testibus vel absentibus proximis conditum,an valeat,si testator qui testamentum condidit superuiuat,& euadat pestis periculum.Et quid de testõ militis in acie facto cũ duob testibus,an valeat,si miles saluus domum reperat.n.29.*
30 *Priuilegij causa cessante cessare debet & priuilegium.41.*
31 *Statutum quòd mulieris testamentum absque præsentia duorum proximorum non valeat,an habeat locum in testamento,quod mulier ante dictum statutum condidit.*
32 *Testamentum in peregrinatione conditum cum minori numero septem testium,an valeat si post conditum testamentum domum reperat.*
33 *Statutum quod conditio ne & tẽporis necessitate.cõditum fuit, an & quando cessante dicta necessitate debeat & ipsum cessare.& num.40.*
34 *Testamẽti cõditi tps est inspiciẽdũ quãtũ ad solẽnitates ĩ eo adhidẽdas.*
35 *Testamẽtum ruri conditum cum quinque testibus an irritetur si post cõditum testamentum rusticus effectus sit ciuis & ciuitatis incola.*
36 *Testamẽtũ militis ad hoc vt iure militari valeat quot requirãt.& n.37.*
38 *Testamentum secundum formam antiquam conditum,an valeat, si noua legis dispositio postea euenerit.*
39 *Noua lex quando ligare dicitur.*
42 *Testamẽtum tempore pestis conditum.an valeat si testes in eo nominati non fuerint rogati.*
44 *Conditio mixta si propter casum deficiat,an & quando habetur pro impleta.& nu.45.*
46 *Donatio causa mortis quinque testium præsentiam requirit,nisi tempore pestis.*
47 *Statutum disponens ꝙ in testamento sufficiant quinque testes an censeatur disponere quòd in codicillis sufficiant tres.*

VENIO Ad secundam particulam secundæ partis principalis,videlicet ad ſpãlia vltimarũ voluntatũ. ¶ † *Et primo*

1 a ꝙro.an testũ factum tpe pestis cũ minori numero septem testium valeat:Bal.Saly.& d.Iaſ in l fi.C de testa rñdent ꝙ sic.idẽ tenent Raph Comẽ.in l.conficiunt.§.codicilli. ff. de iure codi. Flor.de S Petro ĩ l.milites.C de testa.mili.Alex.in l.scriniarios per gl.ibi.C.eo tit.Ang.in §.fi inſti. de testa. dicens idem velle Bar.in l.j.ff.de bon.poſ.ex testa mili.licet plures sint qui Barto. aliud velle dicant.Sequitur Christo.Por.inſti.de testa.mili.vbi voluit ꝙ pestiferatus possit testari cum duob. ẽt non rogatis, ſanus autem existens in loco cõtagioſo possit testari cũ duob. testib.dũ tamen ſint rogati. Et istam opinionem ſequitur Bar.

2 in c.cum esſes.col.viij.de testa.Pro hac ſnĩa adducuntur plura. Primo tex.in d.l.fi.vbi † concedit rusticis testari cum qnq; testib.qa in rure pauci testes repiunt. Idem ergo tpe pestis quo tpe pp imminens piculũ pauci repiunt q̃ velint esſe testes. Ad istud fundamentũ rñdent aduersantes ꝙ sola inopia testiũ nõ est cã finalis,quare rustico sit ꝓcessum testari cum qnque testibus,ſed cã finalis fuit ſimplicitas & impitia rusticana,vt in pfatione d.l.fi dr.Quę pfatio denotat cãm finalem.l.fi. ff. de here. inſti.Ex quo inferũt ꝙ dispõ illius legis nõ hẽt locũ in ciue habitãte ciuitatẽ q̃ testant in rure, ſm Iac.de Are Fulg.Aret.& d. Iac.ibi.¶ Tu vero aduerte inquantũ isti dñt ꝙ ſimplicitas rusticalis fuit cã finalis quare remiſſa fuerit solẽnitas numeri septẽ testiũ,Nã nõ vident rectè ſenſiſſe qd sic oñdo. illa lex ſm doc. & cõiter ꝓcedit tã in testa.in ſcriptis q̃ in testõ nũcupatiuo,vnde fateor ꝙ solẽnitas ſcripturæ, q̃ exigit in testãte & testibus,fuit remiſſa ꝓpter ſimplicitatẽ & imperitiã. Sed solẽnitas numeri testiũ fuit remiſſa pp inopiã ipſorũ testiũ. Hinc est ꝙ si sit tale rus in quo sit copia hoĩm nõ cẽſet in tali loco hæc solẽnitas remiſſa,vt expreſse ibi dr in lra.Itẽ ibi duæ rõnes aſſignantur,

3 ergo ſufficit vnã militare.§.affinitatis.inſti de nupt.† Vnde vr faſſum,ꝙ ciuis nõ possit ruri facere testũ cũ quinq; testibus, & ꝓtiũ tenẽt Cyn A be.Bal.& Saly in d.l.fin.Et dato ꝙ nõ poſſet ꝓcedere qñ ciuis eſſet ſanus & posſet reuerti in ciuitatẽ ad testandũ,vel q̃ potuiſſet ſe cũ testes à ciuitate ducere.Secus si à caſu ibi infirmaret,& vellet ibi testari,tũc qa ꝓp necessitatẽ impediret hẽre plures testes,valeret testũ cũ qnq; testibus,vt dr in d.l.fin. ¶ Scdò adducit in d.l.milites.& in d.l.j.ff.de hon.poſ.

4 ex test.mili.& l pe.C.eo.cũ simi.arguẽdo † de bello hoĩum ad bellũ Dei.Ad istud rñdet Alex.ꝙ argũ nõ valet isto caſu.quia

5 nõ militat cadẽ rõ.Nã † militib.ꝓcedit testari absq; iuris solẽnitate ꝓp publicã vtilitatẽ, qa ꝓprio corpore rẽpublicã defendunt.

a Pestis.Vna fuit opinio ꝙ valeat testamẽtũ cũ duobus tenib.cõiter reprobata vt per Cor. cõſ.297.vo. 4 Secunda fuit quòd valeat cũ quinque testib. & hæc dicitur reõbis per Dec. consil. 189.n.5.Io. dilect.de arte testã. tit. 2.caut.2. Barb.cõſili. 82.li. 4 par. cõſi.32.nu. 6.&cõſi.33. nu.6.vol.2. Tertia fuit quòd requirantur septẽ.& hãc dicit cõem Rip. hic,nu. 7.Soc.cõſil. 85.nu.6.li. 4.Affli.decis.25.nu.2. Boer.decis. 228.alij,distinguũt. ego nõ recederẽ à secũda,ſi locus eſt ſuſpectus,quia tunc omnes morbus eſt ſuſpectus te ſtib.

TROTT

dunt, q̃ rō cessat in ciuibus tpe pestis. Pōt ēt alr rñderi ꝙ milites ex priuilegio testanť cū duobus testibus, dū sunt in expe-
6 ditione. In priuilegijs † aūt non est licita extensio, ēt ex maioritate rationis, ſm glo. in l., bñ à Zenone. in ver. cū n. C. de quadrien pscr & in l. à diuo Pio. in gloss. ij. ff. de re iud. & bene facit tex in l. j. ff de constit. princ. ¶ Tertiò allegatur tex. in l. casus. in
7 arg. C. de testa. vbi si propter † contagionem seu morbum superuenientem in personam vnius testis necesse sit interrumpere ptinuationē testamēti, sustinet testamētū. Et sic propter necessariū impedimētū remittit solennitas. q̃ est ꝙ vnico contextu fiat testamētū. l hac consultissima. §. at cū humana. C. de testa. Eo ē modo dicamus remissam esse solennitatē numeri testiū. Sed tu aduerte. qa tex. in d. l. casus. in fin. vr aperte decidere ꝙ pp necessariū impedimētū nō possit omitti numerus septē testiū. Et si dixeris ꝙ ille text. non loq̃t de morbo pestifero. Rñdeo ꝙ loq̃t de morbo q̃ solet testes deterrere. Et ego intelligo de isto ꝓgioso. qa alię ægritudines nō solēt facile deterrere testes. ¶ Cotrariā opinionē ꝙ non valeat nisi interueniāt
8 septē testes a, tenēt Raph. Fulg. Fau. de Cast. Fran. de Are. & do. Alexan. in d. l. fi. adducentes exemplum. do. Aquilię. vxoris do. Signo. de Homo. Mediolanen. doctoris insignis, q̃ peste pcussa non valens habere testes fecit se portare in viā publicam vt haberet testes audientes suam voluntatem. sequitur Lu. Ro. in repe. auth. similiter C. ad leg. Falc. in xxxiiij. speciali. & Ang. in d. l. conficiūtur §. j Raph Comē. in l. fin. C. de testa. mili. Alex. consili. 70. Viso consi. col pe. lib. ij. & consi. 127. Viso thernate. col. iij. cod. li. Et vtrobique dicit ꝙ ista opinio est cōis, & idem etiam tenuit Ioan. Firma in trac. de gabellis. q. xxiiij. ij. partis. & Barb in rub. de testa. ver. xxxix. consi. 58. col. vij. & seq. libr. j. Mouent in primis auctoritate Barto. in d. l. j. ff de bo. pos. ex testa, mil, dicentes ꝙ Bart. in illis verbis bonum esset prouidere ꝙ testamētū valeret, inuit ꝙ si noua lege nō valet idē ꝙ sit nullum. Sed certē Barto. ibi voluit ꝓriū, vt s. dixi, in eo dū dicit, & facit ista lex. ꝙ valeat testamētū tempore pestis cū duobus testibus. Et licet subdat, q̃ bonū esset ita statuere, non tñ recedit ab argumento sumpto ex illo tex. sed dixit bonum esse ita statuere, vt oīs dubitatio tollatur. Præterea & si Bart. vellet non valere cum duobus testib. nō tñ negat ꝙ non valeat cū quique, vt alij. s. pro contraria parte allegati concludunt per. text.
8 in d. l conficiuntur §. codicilli. ibi † dicitur ꝙ habens facultatē testandi de iure habet etiam facultatem codicillandi, tametsi tempore quo codicillatur facultatem testandi de facto non habeat, vt quia sufficientem numerum testium non inueniat. Ecce tex. clarum ꝙ defectus septem testium impedit facultatem testandi, vnde non valebit testamentum etiam ꝙ pp pestem non possit haberi perfectus numerus testium. Considera si possit responderi, ꝙ ille tex. loquitur de eo qui tempore codicillorum non habeat sufficientem numerum testium actu, vt probatur in ver. eo tempore quo codicillatur, quasi dicat, tunc & in extremitate illius temporis. l iiij. ff. de cons. t. & demō habere tamen potuisset intra aliquod breue tempus. Nos loquimur quando propter pestem non est spes intra breue tempus habendi testes, vnde cum existens in loco pestilenti dicatur in periculo mortis constitutus ſm Cor. consilio 13. In hāc. libr iiij. quo ad eum impossibilitas reperiendi sufficientem numerum reputatur perpetua, sicut si rus aliquod inhabitaret. d. l fi. ¶ Tertiò inducunt tex in d. l fi. per locum à speciali. Nam si concessum fuit rusticis, vt cum quinque testibus: militibus existenbus in acie cum duobus, & similiter peregrinis, dum sunt in peregrinatione, cum duobus testari possint, in aut. omnes peregrini. in ver. liberam habeat facultatem. C. com. de succes. quem Ang. ibi, & in §. ꝙ autem. in auct. de non alienan. ad hoc notauit. Ergo in alijs stabit firma regula quòd requirantur septē testes ad euitandas falsitates l. fi. C. de fideicommi. Sed ad illud potest responderi quòd text. in d.
9 l. fi C. de testa. continet dispositionem limitatoriam, & † in limitatorijs licita est extensio ex rationis identitate. l. libertus. §. senatus ff. de ri nupti. Bartol in l. si constante. in ix. q. t. par. ff. solut. matrim. Panor. in cap cum omnes colum. v. de constit. Socin. consilio 18. column. 2. libr. 1. Ratio autem ibi assignata consistit super inopia testium, quæ maximè militabat tempore pestis, ergo &c. Et pro ista opinione adduco quod consu-
10 luit Bald. consilio 281. Si quis iurisciuilis libro 3. vbi † consuluit testamentum factum ab eo qui erat in quodam castro, ad quod non patebat accessus (ex eo quòd dñs castri instituebat in primo testamento neminem patiebatur ingredi) non valere propter carentiam septem testium dato ꝙ ex interuenerint. Et pro ista decisi. Bald. est casus in l. si quis dolo. ff. si quis aliq testa prohib. quam Bald. non allegauit. De quo miror, cum nihil ignorauerit. Ille text multum stringit pro hac parte. Si enim non valet testamentum, q̃n integer numerus habe-

a Testes Vide quæ supra co. nu. 1. notauit. & latius vide Ant. Gab. in ter cōes cōcl. li. 4. ti. de testā, cōcl. 8. & videbis repugnātiā doctorum. TROTT.

b Sententia, Idē Par. cōs. 51. nu. 3. li. 1. Bellon cōs. 24. n. 3. Dile. de atte. test. tit. 2. cau. 2. n. 8. Intelligevt procedat ēt si terris imperij foro ecclesiastico & interris ecclesiæ in foro seculari. ita enim cōsiderdoctores tenere asserit Cor. cōs. 168 post prin. li. 1 & cons. 157. in 1. vol 4. TROTT.

ri nō pt ppter violentiā humanā, eadem ratione nō debet valere, q̃n haberi nō potest propter violentiam diuinam. Potest rñderi ꝙ ille tex. nihil facit, quia vult ꝙ non valens habere testes non possit testari, & istud conceditur. Sed iste non est punctus noster. quia nos dicimus ꝙ habens quinque testes tempore pestis rectè testat. Nec text. ille hoc negat, nec se ad numerū septenarium restringit. Ad deci. Bald potest dici ꝙ non est vera & contrariū tenuit idē Bald. in d. l. fi. & sequuntur Nico. de Mat. & Saly. ibi. Quid tenendum? Ego in hoc puncto distinguerē. Aut pestis nō est magna, & tunc non valeat, nisi interueniant septem testes, & ita procedat secunda opinio. & ita intelligo tex. in d. l. casus. vbi propter morbum vnius testis
11 nō remittitur solennitas numeri septem testium. † Et gñaliter, vbi dixi pestem habere specialia, intelligo de peste notabili, quia leuis contagio non excusat, ſm Card. Alex. in c. peruenit. xviij. distin. facit quia leuicula febris non facit seruum morbosum. l. j. §. proinde. ff. de ædili. edic. nec leuis quartana excusat à contumacia. l. quæsitum. ff. de re iudi. Aut pestis est magna, & valde sæuit in loco. Et tunc, aut sumus in terris ecclesiæ, & tūc
12 † sufficiunt duo testes cum parochiano etiam tempore lanitatis. c cum esses. de testa. vbi Pan. & alii, & ista est cōis sententia
b b Cano. licet aliqui contradicant, ſm Corn. consi. 31. lib. 2. Vel coram quatuor testibus sine parochiano, ſm Pan. & Barbat. in d. cap. cum esses. Iud. Rom. in authen. similiter in xxxiiij. speciali. C. ad leg. Falci Aut sumus in terris imperij, & tunc teneo ꝙ tempore pestis valeat testamentum factū coram quinque testibus, per tex. in d. l. fin. C. de testa. Nec obstant rationes Mod. quia tolluntur ex supradictis. Et ista opinio est magis æqua, maximè cum faueat testamentis, quorum conseruatio publicam respicit vtilitatem. l. vel necare. ff quemad. testame. aperi.
13 † Et in dubiis opinionibus tenenda est illa ꝓ quam testm sustinetur. l. si pars. ff. de inoffi. testa. Et si aliter diceremus, esset tempore pestis quasi interdicta testādi facultas qua nihil dulcius, & quæ nulli est deneganda postquam iam aliud velle non potest. l. j. C. de sacrosan. eccle. E bonū esset, dicit Barto. ꝙ statuere tur testamentū tempore pestis valere cū duob. testibus ou m tamen essent omni exceptione maiores. ¶ Illud autem scias ꝙ
14 illi, qui remanent in ciuitate pestilenti pro tuenda republica & pro subueniendo infirmis & egenis, vt nuper fecit nobilis d. Ioan. Pugetus do. loci de Castolio. habeant priuilegium testandi cum duobus testibus ſm Ale & d. Ias. in d. l fi. quia isti nō minus pro republica militant in bello Dei. quàm milites armatæ
15 militiæ in bello hominum. quos milites † constat dominum sunt in acie, habere priuilegium testandi quomodo vel-nt, & quomodo ꝓ ostlint. l. fi. ff de testamen mili. l. j. C. de bon poss. ex testam. mili. & l milites. C. de testa mili. Et si istud dictum verū est summè notari debet, qa cū talibus hmōi priuilegiū concedat pp vr æ diferimen, in quo pp salutem reipublicæ se constituunt, dicendum vr ꝙ ēt eis concedi debeant cætera priuilegia militibus in testando concessa. Quæ plura sunt & traduntē p Bar. in l. neq;. n. ff. de testa. milita & p Bal. in d. l. milites. Poterunt ergo tales substituere directo maiori, iuxta text in leg.
16 † Centurio. ff de vulg & pup. Quod addere poteris ad ea quæ
17 scripsi anno præterito post nouissimos. Credo † etiam ꝙ medici qui remanent ad curandum infirmos, habeant ista priuilegia, & immunitatē ab omnibus muneribus l. j. C. de profes. &
18 medi. lib. x ¶ Secundò q̃ro, an † mulier tēpore pestis possit esse testis in testō. Tēpore-n, sanitatis non est idoneus testis in testō. l. qui testo. §. mulier. ff. de testa l fi. C. de fideic. dos. Iaf. in d.
19 l. h. determinat ꝙ sic. quia in subsidiū † mulier admittitur ad testimonium in casibus, in qbus aliàs nō admittitur ſm Ioā. An. in addi. ad Spec. tit. de peste §. j. Alex 2ū. 24. Animaduersis. iol. 3. lib. 2. ¶ Contraria inīam firmat d. Alex. consi. 70. Viso consi. lib.
2 per tex. in c. cum esses. de testa. vbi de iure canoni. fuit diminutus numerus testium, & tñ requirit ꝙ sint idonei. Sic etiam in testam. facto rure fuit diminutus numerus pp inopiā testium. d. l. fin. & tñ requiritur quòd testes necessarij alias sint idonei, vt ibi oēs cōcludūt. Et licet pp pestē dispē atū sit super numero nō tñ sup idoneitate reperit aliqd immutatū. ergo cur stare phibebit le. pcipimus. C. de appel. Et pro hoc bene facit, quia
20 † spalia non sunt multiplicanda. l. si qñ. C. de inoffi. testa. ¶ Non obst. ꝙ mulier qñ mares nō habent. in subsidiū admittan in te-
21 stē, qa concedit ur. sed dē † in subsidiū qñ masculi testes haberi non possunt habitu & potentia. Sed qñ masculi haberi possunt potentia licet actu non reperiantur, non habet locū regula subsidiaria ſm d. Ant. de But. in c. rer. io. loco. de prob. Pan. in c. de cætero. de testi. vbi vult ꝙ laici possint esse testes in subsidiū contra clericū. Et dē in subsidiū, q̃n nulli clerici habitāt in loco illo & sic q̃n, nec actu nec potentia verisimiliter possunt reperiri q̃ testimoniū phibeam, secusi in loco illo plures essent clerici, dato ꝙ actui de quo q̃rit: pntes non fuerint. Et idē docent

docēt Pan. & Fel.in c.j.in fi.& in ca.ſup eo.de teſti. cogen.& d. Iaſ.in l.j.col.fi.& in 2.lec.col.xj.C.de ſumma tri.& fide catho.& latius in l.fin.C.de his quib.vt indign.Alex ꝙſi.64.colū. fi.lib j. Tpe aūt peſtis actu & potētia veriſi'r maſculi magis q̄ fœminæ pñt reperiri, ergo dici non pōt ꝙ mulier admittat in ſubſi-
22 diū.Faterer† tñ mulierē admitti in teſtē in teſtō eius q in ciui tate ꝓmanſerat,vt labenti reipublicæ ſubueniret,ſicut in teſta.
23 militis,in quo mulier pōt eſſe teſtis.† Quòd ſic ꝓbari pōt,vbi remiſſa eſt ſolēnitas iuris poſitiui,ibi ſufficiunt duo teſtes etiā fœminæ,ſm Bar.in l.hac ꝙſultiſſima.§ ex imperfecto.C. de te-
24 ſta.vbi cōcludit tēſtm̄ inter liberos cū duobus teſtibus etiam fœminis valere,qa in teſta.inter liberos remiſſa eſt ſolennitas iuris poſitiui.qd ēt tenent glo in auth.ꝙ ſine.C.eo.Ale ī d.ꝙſi. §. 70.& in ꝙſi. 140.li.j.Pan.ꝙſi.93.& ꝙſ.105.col.4.lib.2. & eſt cōis opi.q̄ ēt ſequit̄ Guido Papæ deci.ccccxxxviij.In teſta.āt militis remiſſa eſt ſolennitas iuris poſitiui.l.j.ff.de teſta.mili. ergo ſequit̄ ꝙ in eo mulier poterit eſſe teſtis.ſi in teſtam.militis pōt, ergo etiam in teſtō eius,qui militat in bello Dei,per ea quæ ſ.
25 dicta fuerunt.¶† Tertiò quæro,an ſtatutum diſponens teſta-mentū mulieris factū abſque pñtia duorū ꝓximorū nō valere hēat locū etiā in teſta.mulieris facto tpe peſtis? Cor.cōſi.131. In hoc lib.4.& cōſi.53.eo.lib.determinat teſtm̄ factum abſque pñtia ꝓpinquorū tpe peſtis valere,nō obſtante ſtatuto. ¶Sed tu aduerte,ꝙ ſi prætendat teſtm̄ valere,qa ꝓpinqui oēs aufu-
26 giſſent,tunc deciſio Cor.erit veriſſima,qa † ſtatutū ꝙ mulier teſtari nō poſſit abſq; pñtia duorū ꝓximorū,itel'r ſi eos hēat, ſm Bal.in l.j.C.vnde vir & vxor.& d.Iaſ.in l. Stichū q meus.ſ.
27 de lega.j.Fely.in c. ꝓpoſuiſti.colu.3.de proba.hñe † āt ꝓximos nō dī q eos hēt abſentes tpe quo actus expeditur.ca.pñtata.& ibi Fely.poſt Pan.no.de teſti.Si verò proximi ptēdantur eē pñ tes,tunc iſta deciſio Cor.erit valde dubia & pendet ab his quę dicta ſunt in prima quæſtio.huius particulæ,& vide q̄ dixi ſ.in xiij.ſpeciali.j.particulæ huius ſecūdæ partis.¶Quartò quæro,
28 quid† ſi teſtator qui ꝙdidit teſtm̄ tpe peſtis cū qnq; teſtibus vī abſque pñtia ꝓximorū ſuperuiuat,& euadat periculū peſtiſē
29 tiæ,an tale teſtm̄ rūpatur & irritet? Vī ꝙ ſic,qa † teſtm̄ militis factū in acie cū duobus teſtibus irritat̄,ſi miles ſaluus domū re petat.l.pe.C.de teſta.mili.& inſtitu.eo.§ illis.vbi gl.dicit quòd
30 † ceſſante cā priuilegij dēt ceſſare priuilegiū & facit tex.in le. Titia.§.vſuras ff.de lega.2.¶Secundo ꝓ hac pte facit qd̄ decidit Ang.in §. ꝓuinciarū.in auth.vt factæ no.cōſti.p illū tex.Po-
31 ne,† mulier fecit teſtamentū poſtea facta cōſtitutio quòd teſtm̄ mulieris nō valeat ſine pñtia duorū agnatorum,dicit An. Aret.ꝙ ſi poſt cōſtitutionē mulier habuit facultatem mutan-di teſtm̄,& adhibēdi pñtiā agnatorum,& illā n adhibuit teſtm̄ irritabitur.Idē dicam' in caſu noſtro cū ceſſante peſte potue-rit teſtator adhibere debitas ſolēnitates.& idē voluit Ang.in auth.vt cum de app.cogno.in prī.& hāc deciſionē Ang.ſequit̄, & dicit eſſe valde notādā Fel.in c.ſi co.3.de ꝙſt.¶Tertio facit qd̄ dixit Paul.de Ca.in l.nutritorib.C.cōmu.de ſucceſſ.vbi vult ꝙ
32 † teſtamētum peregrini ꝙditum in peregr natione cū minori numero ſeptē teſtium valeat,ſi pegrè moriatur,ſec'ſi domum
33 repetat.¶ Quartò facit,qa qd̄ ꝓ † neceſſitate tēporum ſtatutū fuit,ceſſante neceſſitate dēt euaneſcere.c qd̄ ꝓ neceſſitate.j.q. j.& hanc opinionē tenet do.Chriſt.Por.conciuis meus in §.j.
34 Inſtit.de teſta.mili.¶Pro ꝓtraria ſnīa facit,qa † q̄tum ad ſolen-nitates adhibēdas in teſta.inſpicimus tps cōditi teſtamenti.l.j. C.de teſt.¶Scdo facit qd̄ in terminis nīris decidit Bal.in l.ſi qs
35 hæredē.C.de inſti.& ſubſti.vbi † vult ꝙ teſtm̄ fcm̄ ruri cum qn que teſtium nō irritetur,licet teſtator efficiatur ciuis & incola ciuitatis,ſequuntur Iaſ.& Mod.in l.fi.C.de teſta.Sicut ergo nō irritatur teſtamentum ruſtici propter abundantiam teſtium ſuperuenientem,ita non irritabitur teſtm̄ factum tempore pe ſtis,licet ſuperueniat ſanitas.Et ita reperio tenere Corn.conſi. 3.In hac.col.fi.lib.4.& hanc ptem credo veriorem.Pro qua vī tex.in §.ſed hactenus.inſtit.de teſta.milit. Et pro qua facit rō, quia numerus ſeptē teſtium & agnatorū pñtia exiguntur ī teſtis ad euitandas ſalūtates.l.fi.C.de fideic.ſi modo dicamus teſtm̄ fcm̄ cum minori numero teſtiū & ab'q; agnatorum pñtia vale re tpe peſtis,ſi moriat̄ tūc teſtator,quaſi tunc pſumatur nō iter uenīſſe facultatē,certè ſi ſupuiuat,& in eadē voluntate pſeue-ret multò magis dēt valere qa pp perſeuerantiā euidētius ve ra ꝙbatur voluntas.argu.le.arheletæ.§.dat remiſſionem.& quod ibi no.per gl.ff.de excu.tu.¶Non obſtant adducta in con trarium.Et primo fundamentum ꝙ irritet teſtm̄ militis factū in expeditione non eſt verum. & in contrarium eſt textus in d.§.ſed hactenus.¶Ad tex.in dict.leg.milites.& in d.§.illis.cum ſimi.tñ dētur ꝙloquuntur in teſta.militis facto domi,quod nō valet,niſi ſeruata iuris ſolennitate, non autem quòd irritetur factum in caſtris iure militari,ſi reuertatur domum.d.§.ſed ha ctenus.Et ſi dicatur tex.in d.§.ſed hactenus.probat̄ q̄rium, qa dicit,ꝙ poſt annū irritet̄.Rñdeo ꝙ ad hoc vt poſt annū irrite-tur,eſt neceſſe ꝙ ēt teſtator fuerit miſſus à militia. Et ſic poſt miſſionē & poſt annū irritat̄ nō per ſolū lapſum anni.Vñ ſcias
36 † ꝙ ad hoc vt teſtm̄ militis valeat iure militari duo requiruntur,vnū ꝙ teſtet̄ in caſtris:ſm ꝙ ſit miles.Iſta ſcda qualitas re qritur per modum cauſę permanentis.iō ea ceſſante ceſſat pri uilegium d.§.vſuras,vñ poſt miſſionem nō valet niſi miles mo riat̄ intra annū.d.§.ſed hactenus.Prima aūt qualitas ꝙ teſtet ī caſtris vel in loco peſtifero,requiritur per modū cāę principiā tis ſeu habilitantis,iō eſto ꝙ miles reuerſus fuerit domū, niſi
37 miles ſit miſſus à militia,teſtm̄ ſuſtinebit̄, † quia ceſſante cā requiſita per modū principiantis nō ceſſat diſpō,ſm Inno.in cle.2.dereſcr.Et dicebat Bal.aut qualitas acquirit̄ per modum cāæ fiēdi,aut per modum cāę eſſendi.Primo caſu qualitate ceſ ſante nō ceſſat diſpō,ſed ſcdo caſu bñ ceſſat.Ita Bal.in d.l.ſi qs hęredem.C.de inſti.& ſubſti. Qd̄ latius cōprobaui in l.ex fa-cto.ff.de vulg.& pupil.¶Ad deciſionē Ang.in d § prouinciarū. rñdeo ꝙ non eſt vera,& q̄rium tenet Pau.de Caſt.per tex. cla-rum in l.iubemus.C.de teſt.Nec ob.pōderatio quam ibi facit d.Iaſ.per Ang.dum dicit ꝙ illa verba qd.n.peccauit, qui nouę legis inſcius priſtinā formā ſeruauit: à q̄rio ſenſu innuunt, ꝙ is q ſuperuixit poſt legē nouā,peccauit,qa ſciuit legē,& eā nō ſeruauit,qa iſta ꝙſideratio meo iudicio nō eſt digna viro. Nā arguēdo hoc modo,lex illa nō haberet dubium,dicit ille tex.
38 † teſtm̄ factum ſm formā antiquā valeat non obſtante diſpo-ſitione nouę legis dantis aliā formā.ſi tu intelligas iſtam legē caſu quo teſtator moriatur añ habitā notitiā nouę legis,vt in tellexit d.Iaſ.Rñdeas mihi,an tunc ſit neceſſe fateri illam legē
39 fruſtra fuiſſe editam,quia † noua lex ante notitiam veram vel præſumptā neminē ligat.c.cognoſcentes,de conſti. Nam niſi lex ſit publicata, & lapſi duo menſes è die publicationis,non li gat ignorantes.poſt verò lapſum duorum menſium à die pu-blicationis omnes ligat,quia quilibet præſumitur habuiſſe il lius notitiam,vt in auth.vt factæ no.ꝙſtit per totum. Secundò rñdeo ꝙ d.Iaſ.non benè ſumit argūm à q̄rio eo modo quo ipſe arguit,quia illa verba quid peccauit qui huius legis inſcius pri ſtinā formam ſeruauit,hñt relationē ad tps præteritū,& ſic Le giſlator voluit ſatis eſſe ꝙ teſtator eſſet inſcius nouę legis tē-
40 pore quo priſtinā formā ſeruauit.& ita cōiter intelligitur ille tex.Et deciſionem Angel.etiam reprehendit Corn.in d.conſil. 53.retorquens illum text contra Angel.quia licet text. dicat ꝙ plerunq; teſtatores poſt legē nouam repente decedūt,non tñ debet ſumi argūm à cōtrario ſenſu. Ergo ſi teſtator repētè poſt legē nō decedat,teſtm̄ nō valebit,qa lex diſponens aliqd ratione frequentioris vſus,& qa plerumq; cōtingit, habet ēt locū eo caſu quo illud aliter contingat.l meminerint.cum gl. & ibi Bar.C.vnde vi.Vel dato ꝙ deciſio Angel eſſet vera, non faceret ad caſum noſtrum,quia habet diuerſam rationem di-cendi ſm Corn.¶Ad deciſionē Pan.pōt rñderi ꝙ non eſt iuri-dica,vt patet ex præmiſſis.¶Ad tex.in d.c quod pro neceſſita
40 te.rñdeo ꝙ † ceſſante neceſſitate debet ceſſare ſtatutum ex cauſa neceſſitatis quo ad actus futuros, nō autem quo ad a-ctus perfectos & abſolutos.c.quod qd̄ā j q. j. vbi baptiſmum collatū à laico tpe neceſſitatis non ceſſat neceſſitate ceſſante,
41 qa † effectus iā eſt cōſummatus, & effectus iā conſummatus non ceſſat ceſſante cā.l.ſcripto.ff.vñ lib.Et in oēm euentum,ſi in eo eſſet appoſita clauſula codicillaris,ſuſtineretur ſaltem in vim codicillorū,iuxta plenè tradita p Bart.in l.i.ff.de iure co-
42 dicil.¶Quinrò † quęro,an tpe peſtis valeat teſtm̄, ēt ꝙ teſtes nō fuerint à teſtatore rogati? d.Chriſti. Por.inſti. de teſta.mili. col.4.in prin.dicit ꝙ non valet,niſi teſtator eſſet tpe conditi teſtamenti peſte percuſſus. Ego credo indiſtinctè non valere, quia nulla ſubeſt cā quare magis infirmo ex cā peſtis cenſeri debeat remiſſa ſolennitas rogitus.q̄ aliis infirmis,& qa priui-legia non ſunt in eadem pſona multiplicanda.d.l.ſi qn. Sextò
43 quæro, † teſtator legauit Titio fundum,ſi aderit tpe mortis ipſius teſtatoris,& cadauer ad ſepulturā aſſociauerit. Moritur teſtator abſente Titio,quæritur an legatū ſibi debeatur? Videt nō deberi,qa defecit ꝙ Titio legati.Et ſi dicat̄ ꝙ dēt haberi ꝓ impleta ex quo iuſto impedimento legatarius impeditur cō ditionem implere.l.quę ſub condōne.§.quoties.ff.de condi.in ſtit.Rñdetur ꝙ illa lex loquitur in ꝙdōne ptātiua, & quam oī-no grauatus impediebat̄ adimplere.Nos loquimur in cōdōe mixta,quā potuiſſet legatarius adimplere,licet cum periculo, eſt.n.hæc ꝙdō,ſi aderis in ciuitate,vel ſi ī ciuitatē redieris,ꝙdō mixta,qa multa pñt oriri impedimenta ad impediendum pñ-
44 tiam vel regreſſum.l.ſi pī.C.de inſti.& ſubſti.† Et in condōni-bus mixtis,ſi condō deficiat pp caſum nunquam habet̄ ꝓ im pleta.l.legatum.C.de ꝙdi.inſer.l.j.& ibi no.C.de inſti. & ſubſti. l.in teſtō 2.ff.de ꝙdi.& demō.¶In contrarium vī textus in l. ſi qs Titio.ff.ex qb.cau.maio.vbi hæc condō,ſi legatarius adeſ-

ſet

ſet in ciuitate caſu quo abſit ex cā probabili ſaltē ope reſtitutiōis hēri dēt ꝓ impleta. ergo eodē mō ſi abſit ex ca peſtis, erit hñda ꝓ impleta. & bñ facit tex. in l. Iulianus. §. cū quoq;. & ibi Bar. ff. eo tit, Quid tenēdū? Ego dicerem ſi teſtator tpe ꝙditi teſtamenti erat in loco peſtiléti, ꝙ defecerit ꝙditio, nec haberi
45 poſſit ꝓ impleta. rō eſt, qa † vbi ꝙſtat de mēte teſtōris ꝙ velit ꝙdōne verè impleri. nunq̄ habet ꝓ impleta, ēt ſi nō ſtet p implere debentē, niſi actu verè adimpleat. l. in his & l. Iulia. ff. de condi. & demon. & firmat Bald. in d. l. ſi pater. in ij. q. Sed teſtator voluit eam implerietiam tempore peſtis. Quod ex eo conſtat, quia exiſtens in loco peſtifero dicitur in periculo mortis, vt ſ. toties dixi, vnde legando in tali periculo ſub conditione, ſi legatarius aſſociauerit funus ad ſepulturam, cenſetur cogitaſſe de morte ſibi imminente ex cauſa peſtis. arg. l. fin. cum ibi not. C. de poſt. hære. inſtitu. Si verò fecit teſtm in loco ſano, puto cōditionem ptātiuā haberi ꝓ impleta. §. quoties. Mixtam verò defeciſſe, ſed ope reſtitutionis pro impleta haberi. d l. ſi qs Titio. Non enim credendum eſt teſtatorem huius propoſiti fuiſſe ꝙ legatarius cui ob amorē legauit. l. nec adiecit. ff. ꝓ ſoc. deberet cum periculo vitæ ad funeralia ipſius accedere. Nam ſi teſtator ab hærede quicquam reſtitui vel ſolui certo loco iuſſerit, ita demū ibi ſolutionem fieri voluiſſe creditur, ſi eō legatarius tutē accedere poſſit. l. de ætate. & l. recuſare.
46 §. fi. ff. ad Trteb. ¶ Septimò q̄ro, an tempore † peſtis valeat donatio cā mortis facta coram duobus teſtibus quæ alias corā quinque fieri dēt. l. fin. C. de dona. cauſa mor. Iſta quæſtio dependet ab his quę ſcripſi in q huius particulæ ſi enim remiſſa eſt ſolennitas duorū teſtium in teſtamentis, & ſtatutum ꝙ valeant cū quinq;, certè ēt eadē ſolennitas remiſſa videbitur in donatione cauſa mortis. Et ſic valebit cū trib. teſtib ꝓ tex in l. Marcel. nōt. ff. de dona. cau. mor. vbi Iulia. ita arguit, ſi data eſt libera facultas filijsfamilias militibus teſtandi. quō velint, credi poteſt ea etiā eſſe remiſſa, quæ in don. cau. mor. fieri dent.
☞ ¶ In contrarium vrget deciſ. Bar. *communiter* approbata in l. ij.
47 ad fi. ff. de leg. j. vbi † q̄rit ſi ſtatutum velit quod in teſta ſuffici
4 ant quinque teſtes, an videatur velle quòd in codicillis ſufficiant tres? decidit Barto. quòd non, quia non reperitur facta regula, quod in codicillis, ſufficiant duo teſtes minus quam in teſtamentis. & pro hoc allegat not. in l. illud. C. de ſacroſ. eccle. & in l. tam is. § j per gloſſ. ff. de donat. cau. mor. ¶ Super qūo tu cogitabis, quia contra Bartoj. valde ob. text. in d. l. Marceſlus quem alij non adducunt.

¶De priuilegijs iudiciorum cauſa peſtis, Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad locum peſte conſectum, an teneatur comparere. Et quid ſi in dicto loco contagioſo ius dicatur. nu. 2. Et an teneatur pro ſe ad eundē locum mittere procuratorem. nu. 3.*

2 *Citatus ad locum peſtilentem ad quem ire non tenetur, an veniat excuſandus, ſi quis obtulit ſe iturum, & illic pro reo reſpōſurum, & admiſit.*

5 *Citatus ad locum vbi peſtis viget, qui ſemel illuc comparuit, an iterum comparere teneatur.*

6 *Exceptio loci non tuti eſt dilatoria, & poteſt opponi in quacunque parte iudicij. nu. 11.*

7 *Citatus ſi ſemel comparuerit vbi ſententia eſt nulla, an & quando conualidet iudicium, quod prius erat nullum. & nu. 13.*

8 *Exceptio dilatoria ſi poſt litem conteſtatam ſit ſuborta, poteſt etiam poſt litis conteſtationem opponi. Item ſi grauamen habeat cauſam ſucceſſiuam. nu. 9. Et talis exceptio quæ obſtet actui gerendo, nu. 10.*

14 *Exceptio feriarum, licet per partē non fuerit oppoſita quo ad litis cōteſtationem impediendam, an poterit poſtea opponi ad impediendum vlteriorem proceſſum.*

17 *Citatus, qui malioſè diſtulit opponere exceptionē loci non tuti, an veniat condemnandus in expenſis.*

18 *Citatus ad locum non tutum propter peſtem, an teneatur comparere, vt ibidem proponat exceptionem loci non tuti.*

19 *Notorium, in quo quis allegare teneatur, licet probare non aſtringatur.*

20 *Exceptionē loci non tuti, an poſſit quilibet ſine mādato allegare ꝓ citato.*

21 *Citatus licet non teneatur cōparere an ſufficiat quòd corā honeſtis viris proteſtetur quòd libenter compareret, niſi locus eſſet ſuſpectus.*

45 scientia sit ꝓiuncta solertiæ, vsui, & qualit. | vbi not. Tan. tria ad faciendo perfectè medicum esse necessaria, primò, ꝙ sit eruditus, secundò, ꝙ experiaē ſm artis traditio-
46 nes, tertiò, ꝙ sit diligens in artis exercitio. † Quæ tria etiam exiguntur in iurista consulente, qui debet esse peritus. item debet consulere ſm coes opin non aut ſm sophistas, tertiò debet esse diligens in examinando bene factum. Medicus em̄ circa curā infirmi tenet o m diligentiam adhibere. c. tua nos. de homic. & ibi Inno & Ioan. de Ana. d cut non satis esse, ꝙ medicus preparet bona medicinam. ſm canones physicales, n si etiam aduertat, ꝙ aromatarius non immisceat qd pro quo, & non conficiat medicinā ex corruptis, vel vetustissimis specie
47 bus, quæ magis nocere solent, q̄ prodesse. † Ideò concludūr, ꝙ medicus debet esse præsens, quando aromatarius conficit
48 medicinam † Item medicus videns infirmū in periculo mortis, si vult, quam debet diligentiam adhibere, non debet à latere infirm. discedere, quia ad custodiam tenetur, nec excusatur, etiam si alium, minus idoneum ad custodiam dimiserit, ſm Hostien. in summa, de ætat. & qual §. ord. vers. ex postfacto. p
49 text. in c. ea quę. de offic. archi. n arg † Vbi autem ęgrotus nō est in discrimine vitæ constitutus, non tenetur medicus ad psonalem custodiam, sed sufficit ꝙ ægrotum visitet bis in die, & ei dictet regimē & dietā, ſm Host. & Card in d. cap. tua nos.
50 Caueat † ergo medicus, ne tot suscipiat curas, ꝙ omnib. vacare non possit, nam pluribus intentus minor est ad singula
51 sensus. cap diuersis fallaciis. de cler. coniug. † Sic aduocatus in suo officio vti debet solertia, & ideò dum aduocationis officio incumbit, ad nullum aliud officium potest aspirare, ne cū in vtrunque festinet, neutrum bñ peragat. l. nemo. C. de assess.
52 Quartò tu poīa elect debēt aduertere ad mores medici, quia oportet prius animas q̄ linguas fieri eruditas. l. magistros. C. d profes. & medic. Et ideò Vlpianus alloquitur decuriones his verbis, Certi de probitate morū, & artis peritia medicos eligatis, quibus vos vestrosque liberos in ægritudine corporum committatis. Ego aūt alloquor Auenionenses, qui se suósq; liberos infirmitatibus committunt ludæis perfidis & Christia-

notū inimicis,nā si Christū persecuti sunt,credendum est, q̄ nos ēt p̄sequent̄,al's si q̄riū creditis, critis illis sil'es, q̄ Christum mendosum & ꝓphetam asseuerāt,ego aūt Christianus sum,& agnósco veritatē Christi dicentis. Si me p̄secuti sunt, & vos persequent̄,mortē ꝓfecto appetit qui à Iudæo sanitatē exquirit,qa sine auxilio Christi se sanū fieri putat. c.quisine.xxvij.q.ij.¶Bonus medicus prius monet & inducit lāguē tem adimplorandum auxiliū Christi,ad p̄fessionē,ad pnīc bñ dictionē,q̄ viaticum appellamus.c.cū infirmitas.de pēn. & re mi.hæc' qual'r docebit Iudæus, nisi in contēptū Christianæ religionis Et si tu ægrotus patiaris redēptorē nr̄m ludubrio sē noīari per Iudæū mortal'r peccas,& iō in assidua ægritudi
53 ne pmanebis.¶†Prohibentur.n.Iudęi nomē Christi inuocare,qa illum,quē inuocāt,negligunt & cōtemnūt.fm Bart. &
54 scrib.in ꝓœ.digest.†Sūt.n.Iudæi inimici nr̄i & crucis Christ. c.licet vniuersis.de testi.ergo Christianus qui se Iudæo inimico suo cōmittit,vitæ renuntiat.l.princeps.C. de prin.agen.in reb.lib.xj.Fidei nr̄æ hostes sunt Iudæi.c in ciuitatē.& ibi glo.
55 de iud. blasphemi noīs Cr̄i.c.cū sit nimis.eo.ti.†ac peiores& deteriores sunt omnib.gentib.& omnib.sodomitis. c.nōne. j.q.j.¶Sed quid rōnib.ꝓtendo persuadere Christianis ne cor-
56 pus vitámq; suā credāt Iudæis,† lege ipsa sub excōicationis pœna prohibitū est Cr̄ianis ne in eorum infirmitatib. vtant̄ opera alicuius Iudæi. Audi ergo quid sancta synodus septima disposuerit,nullus eorum qui in sacro sunt ordine,aut laicus azyma Iudæorum manducet,aut cum eis habitet,aut aliquē eorū in infirmitatib.suis vocet,aut medicinā ab eis p̄cipiat, cū eis in balneo lauet.Si verò quisquā hoc fecerit,si clericꝰ
57 sit,deponat̄,si laicus sit,excōicet̄.c.nullus xxviij.qō.j.¶†Reperio tñ q̄ Fel.in d.c.tua nos.intellexit istū ꝓcedere,vbi reperiant̄ medici Christiani,sed vbi non reperiunt̄,tunc in subsidiū & ꝓp necessitatē excusāt̄ infirmus,q̄ implorat auxilium
58 à Iudæo.argu.c.discipulos.de cōsecr.dist.v. ¶†Ex præmissis satis edocemur ne perfidū Christianū in medicū assumamus qa mali Chr̄iani deteriores sunt q̄ Iudæi,cum minus peccet qui viā dñi non agnoscit,q̄ qui post agnitā retrocedit. ca. qui
59 dam.de apostat.c.si refugientes.de pēn.dist.4.†Vir.n.scelestus, lippus est,nec causas morborū potest discernere,qa carnalis vitæ operatio illius sensus hebetes fecit,& illius oculos carnalia desideria obscurarūt Cuius n oculi studere & recta videre p ingenium poterant vsu prauorū actuum alligantur.c. hinc etenim.ver in lippis.xlviij.dist.¶Sed medicorū vitia am
60 plius nō execremur,ingramus virtutes.†Mansuetus medicꝰ esse dēt,nec illi magis q̄uenit mansuetudo q̄ medico.Nā qui vulgaris sananda[illegible] oleo vti.Exemplo Samaritāni,q̄ in vino mortium discretionis adhibuit, in oleo mollicie,pietatis.Pervinū mundant̄ putrida p oleū sananda fouē
61 tur c.disciplina xlv.dist.†¶Sobrietas & si ab omnib.seruāda sit à medico est maximè amplectenda,quia venter pinguis,& vino æstuans facilè dissumat in pniciē ægrotantiū.c.6.die.35,
62 dist.¶†Pudicitia valde medicū exornat. Luxuriosus medicꝰ à populo hr̄ odio,pudicus autem omnib charus existit.c.p̄ter hæc.32.dist.in fi.Non.n.potest toto corde ęgrotantib. medicari,qui fęminarum nexib.alligatur.c. hospitiolum tuum. ca
63 causa & qō.†Cauant ergo medici ne in cura formosæ mulieri sese verbo aut actu impudicos ostēdant nec causas morbi per candida brachia qnærant. ¶ Nunc videamus quando mors infirmi sit medico imputanda,& qua pœna puniēdus sit, si eius culpa ægrotans occūbat.Pro expeditione huius q.intendo commentari.l.illiciras.§.sicut.ff.de offic.præsid. Cuius tenor seqū.¶Sicut medico imputari euentus mortalitatis nō dēt,ita q̄d per imperitiā cōmisit,imputari ei dēt : prætextu.n. humanæ frāgilitatis delictū decipiētis in periculo hoīs innocxium esse non dēt.¶ Vt sensus huius tex.perfectè habeat̄,formandi sunt quāplures qōnes ex qbus pefecta cognitio resultabit.
64 Quero igit primo loco,† an excusetur medicus à casu mortis infirmi quē curabat.rndeo si quæ s. dicta sunt obseruauit, certū est eum excusari,vt dr̄ in primo rnso huius tex. & quia non est in medico semp̄ releuet̄ vt æger.glo.in c.ad aures.de
65 æta. & qual.¶.Et fm Inn.in d.c.tua nos.ad hoc† vt mors nō possit medico imputari , quatuor sunt necessaria. Prīò quòd ars medica sibi congruat,id est q̄ sit laicus,non clericus, aut religiosus,cui non q̄uenit ars chirurgiæ.c.fīam sanguinis.ne clerici vel mona.& d.c.tua nos.Secundò,q̄ fm artis traditiones medicinam ægroto ꝓpinauerit.d.c.ad aures.Tertiò q̄ oēm diligentiā adhibuerit. Quarto q̄ ægrotū informauerit
66 de oībus,q̄ ægritudini ḡria sunt.¶ Quæro ij.† qua pœna puniri debeat medicus, ex cuius imperitia mortuꝰ est ægrotās? Nam ei isto casu mors imputat̄,vt in ij.rnso huius.§.¶ Mart. Silli.& Alb.de Ros.hic dicunt medicum ex ordinem esse puniendum.arg.l respiciendū.§. delinquunt. & q̄ ibi tradunt. ff. de pœnis.idem tenet Augu.de Ari.in addi.ad Ang.in trac. malefi.in ver.fama publica.in vij.q.vbi arguit de iudice ad medicum,nam secundū cū,si iudex per imperitiam aliquem posuerit ad torturam,& tortus ex tali tortura moriatur , tunc extra
67 ordinem est puniendus.¶†In ḡrium,q̄ medicus tenet̄ pœna homicidij,& sic legis Corn.de sicariis, probari vī sic. Iudex q̄ de facto facit aliquē sustinēdi,tenet̄ similitudine supplicij fm Bar. in rub.C.de pœna iudi.qui malè iud.Et istud vī voluisse glos. in l.ij.ff.q̄ quisq; iur.dum dicit idē in medico qd in assessore q̄ per imperitiam cōsūluit.Facit qd decidit Bar.in l.lege Cornelia.ff.de sica.¶Et istā partē tenuit Iac.de Are. quia in dolo vī
68 medicus,qui asseuerauit se peritū in arte cū nō esset. †Tacitè enim se peritū asseuerat,qui se in medicū eligi patit̄.l.Iulianus.§.qd tñ.ff.de act.cmp.l.si quis fundum. §. si quis vitulos.in arg.ff.loc.& hoc dixit gl. in d.l.ij.Et quia non p̄ōt medicus allegare imperitiam cū se peritum asseuerat, vñ vī dicendū, q̄ p̄ dolū ḡria medicamēta exhibuerit,si dolo occidit,ergo reus
69 est mortis,vt j.subiiciā.¶†Facit,qa medicus qui secuit per imperitiā,tenet̄ ex maleficio,non aūt ex quasi maleficio,vt tenetur iudex.l.ex male[illegible] q̄ iuncto §.si tñ iudex, ff.de act.& obli.& bñ facit tex.in l.idē iuris.§.[illegible] vbi dr̄,nemin[illegible]n dre affectare id , in quo scit vel scire dēt im-
70 peritiam suam alteri nocituram.¶ † Et hanc sn̄iam seruant Aegyptij,vt scribit Herodotꝰ de antiquorum gestis lib.ij. Mit enim Aegyptiaca lex,Medici ex publico victu sumant,ęgros, fm legē curent ab antiqs medicis cōprobatisq; scriptoribus traditā,siqs normā sacri libri secutus infirmū sanare nequerit omni caret culpa,si p̄ter ea,quæ libris continentur,illum curauerit,morte puniat̄.¶ Quid tenendū? amplector primā partē per tex.in l.3.§.j.ff.de sica.vbi dr̄,qui poculū amatoriū libidinis cā dedit,ex quo mulier quæ illud bibit deceisit,relegeē nō pœna legis Corneliæ feriat̄. Sic dicendum vī in medico, qui animo sanandi non necandi p̄ imperitiā malā medicinā pro-
71 pinauit.¶†Sedò,quia pœna homicidij non tenetur, nisi qui dolum cōmisit l.cum aūt excipitur.ff.de ædil. edi.tradit Bart, in l.quid ergo.§.pœna grauior.col 4.ff.de infa.do.Ias.in l.j.col. pe.ff.de legibus.vbi pl'a ad istud congessit , quæ repetit in l.in actionibus.ff.de in lit.iurando.& in l.4.§.qd prætor. ff. ne quis
72 eum q̄.& idem firmat Dec.consi.9.p̄ totū.Impitia†aūt culpæ adscribit̄ & non dolo. d.l.si quis fundū.§.si qs vitulos.ff.loca.
73 ¶†Hinc dicebat Alb.de Ros.in d.l.ij.q̄ iudex qui p̄ imperitiā decapitari iussit vnū vel plures,non est ipse decapitandus,nisi probetur dolus,qa in dubio potius ex imperitia q̄ ex dolo p̄sumit̄ iudicasse ꝑ ius. Qd dicit facere ꝑ Cremonenses, q̄ decapitari fecerunt suū p̄trem.qd est bñ notandū.¶Nec ob.decisio Bal.in d.rub.C.de pœna iud.qa loquit̄ in iudice qui de facto sine debito ꝓcessu suspendi iussit hoiem. & sic potest intelligi qñ vt priuatus per dolū fuisset,nos loq̄mur qñ p̄ imperitiam iudicauit.¶Quod intelligas ꝓcedere,nisi statuto cauere tur q̄ qui homicidium quocunq; mō cōmiserit,decapitet̄,tūc ēt qui p̄ latā culpā illud cōmiserit decapitari poterit , fm Sal,
74 in l.ij.col 3.C.de noxa.& d Ias.in d.l.ī actionibus.col.vij. † Ex his satis liquet medicū esse reum mortis,si p̄ dolum ægro dederit ḡria medicamenta,ex quibus mortuus sit.l.iij.in princ.& l.lege Cornelia.ff.de sica.Et ita intelligēda est decisio do. Car. Alex in c.absit.in fi. 50.dist.vbi vult medicū de homicidio teneri,& vti homicidā esse puniendū.& ita ēt tenuit Ang. in l.
75 necessarios §.fi.per illū tex.ff.ad Sylani.¶†Tertiò q̄ro an infirmus in dubio præsumat̄ mortuus culpa medici?Rndeo pro medico faciendā esse præsumptionē. arg.l. Herennius.§.caia. ff.de euic & bñ probat̄ in d.c.tua nos.&hoc exp̄sse vult Speculat.de dispens.§.iuxta p̄positionis.ver. itē exercēs artē chirur-
76 giæ.per tex.in c.de occidendis. xxiij.q.v. ¶ Quartò †q̄ro an medicus,cuius negligentia mortuus est ægrotus tenet̄ de homicidio?Constat.n.medicū ad exactam diligentiā teneri , vt
77 dixi. s.ver.tertio aduertant. ¶ † Bī videret̄ idem concludendum.qd de imperitia dictum fuit p̄ eadē fundamenta, nā negligentia ēt culpæ ascribit̄ non dolo.l. idem iuris.in princi.ff. ad leg.Aquil.Crederē distringuendū inter negligentiā & negligentiam.Quædam enim est negligentia quæ accedit malitiæ.c.per tuas,&ibi no Pan.de testib.& isto casu si medicus exmalitia deserat curā infirmi,pœna legis Corneliæ tenet̄ quia dolo non caret.Dissoluta.n.negligentia dolus est.l.magna culpa.ff.de ver.sig.Et propter negligentiā dissolutā ita degradat̄ sacerdos,sicut p̄ delictum dolosè patratū.c. dictum, lxxxiij.
78 dist.¶ † Duobus enim modis probat̄ medicū insidiatū fuisse vitæ infirmi.Primò si illi adulterina medicamina sciētet p̄buerit.Secdò si tēporib. opportunis neglexerit infirmū curare.l. necessariò. §.fi.ibi,si vēl iniuria vel insidiis medici necatus fuerit.ff.ad Sylla.& ibi ita expresse decidit Ang.¶.In foro autem poli,certum est medicū qui negligit medere ægroto

existenti in ꝑiculo teneri ac si ipsum occidisset. c. j. lxxxj. disti.
79 & ibi hoc clarissimè firmat. d. Card. Alex. ¶† An ãt medicus isto casu teneatur hꝛdibus defuncti ad damna, interesse & expensas? Iac. de Are. in d. l. qua actione. § fin. ff. ad legẽ Aqui. distinguebat Aut infirmũ gratis curabat, & tunc non tenet, qa potuit qñ voluit curam relinquere Aut erat salariatus de publico vel ab infirmo, & tunc tenet. ¶ Alb. de Ro. saliter & melius, vt puto, distinxit. Aut medicus assumpsit expresse curam illius, aut expresse dixit se nolle teneri ad visitandum & curandum, aut nihil dixit, sed simpliciter incœpit illius curam hꝛe, & postea deseruit vel neglexit. Primo casu constat eum teneri ad damna & interesse, ẽt si gratis medicabatur, ranquàm ęgrotus videatur sui curam illi mandasse, & ipse mandatum susceperit, quo casu etiam de culpa tenetur. l. procuratore. C. mandа. Scdo casu constat non teneri. Tertio casu perseuerare tenebatur, quia incipiendo simpl'r curam infirmi vꝛ totum onus suscepisse, cum cura infirmi sit vnum totum ꝯnexũ. arg.
80 l. tres tutores. §. idem in eo. ff. de admi. tut. ¶† Scias etiam ꝙ magis peccare vꝛ medicus si ꝓp eius negligentiã moriꝛ infirmus, q̃ si ꝓp imperitiam, nã qui negligit facere iustitiam, tenetur ad totale interesse. l. 4. §. [illegible] dano. infec. & tñ qui iudicat ꝓp imperitiam, solum tenetur ad id, quod iudici æquum visum fuerit? quod minus est q̃ integrum interesse. l. si filius. ff. de iudi. insti. de obligati. quæ ex quasi delic. in prin. Rõ esse ꝑt, qa negligentia non ita faciliter excusari ꝑt sicut imperitia, nisi fortè imperitia esset supina, tunc. n. ad verũ interesse teneret, ſm gl. insti. de obli. quæ ex quasi delic. in princ. Ale. in
81 l. fin. in apostil. ad Bar. ff. de var. & exor. cogni. †Quinto quero qua pœna sit castigandus medicus, qui leuẽ infirmitatẽ fecit magnã, & breuẽ fecit longã per aduersa medicamenta, vel al'r
82 vt ægroti bursam vacuaret. † Solent. n. auari medici multas excogitare fraudes vt languẽtes excorient, ſm Plinium iunio rem in princ. sui operis. ¶ Bꝛ rñdeo arbitrio iudicis puniendũ esse. l. medicus, ibi, in ciuile factũ præses prouincię coerceat.
83 ff. de var. & extraord cog. ¶† An autẽ teneatur ægroto restituere pecunias extortas? Dicas ꝙ sic per d. l. medicus, vbi deciditur ꝙ ęgrotus qui vendidit medico prædium compulsus ꝓp medicamenta aduersa, officio iudicis obtinebit rescissionẽ contractus. & traditur per Bald. in l. interpositas. C. de tran-
84 sac. ¶† Plus dixit Pan. in c. qa plerique. in x. q. post Inn. de imm. eccl. ꝙ medicus non solum in foro animę tenetur restituere omne id quod vltra debitum accepit, sed etiam tenetur in foro fori. per tex. in dict. l medicus. quia oẽ datum medico vltra debitum præsumiꝛ datum ꝓp sanitatem recuperandam, & ꝓp euitandum periculum mortis, quinimo ẽt tenetur ad damna & interesse passa ex dilatione infirmitatis. l. idem iuris. & l. itẽ si obstetrix. §. i. ad l. Aquil. ibi, persuasum alicui medicamentũ
85 infuderit. vel ore, vel clystere. Et si velis scire † formare libel-
86 lum ꝯ medicum, vide Spe. tit. de magistris circa fi. † Ex istis bene sequitur ꝙ promissio facta medico per infirmum non est obligatoria, tanquam præsumatur meticulosa, & sic non licet medico pendente infirmitate pacisci cum infirmo super salario, vt est tex. in l. archiatri. C. de profes. & med. sicut etiam non licet aduocato pacisci de quota litis. l. quisquis §. præterea C. de postu. Sicut etiã nõ licet aduocato vl'ũ ꝓctum inire, vel vllum pactum facere cũ eo, quẽ in propriã recepit fidem, neque iurgiũ ex industria protrahere. c. infames. § ꝓterea. iij. q.
87 7. & d. l quisquis. † Et dixit gl. in d. §. præterea, ꝙ infamis est aduocatus, qui patitur se vinci in aliqua exceptione. vt asserat non posse touere diutius cãm, nisi sibi augeatur salarium. Ad
88 ducit exẽplum medici de quo in d l. medicus. † Sexto quero an medicus cogi possit inuitus mederi. Rñdeo ꝙ medicus lege præcepti tenetur, alàs mortaliter peccat, & est ſm legem De reus homicidij, si infirm⁹ moriaꝛ. quia mortẽ inferre cõ uincitur, qui eam cũ possit non excludit. c. j 83. dist. in. & ibi do. Car. Ale. hoc pluribus comprobat rõnib. poterit ergo compelli per cẽm, vt à peccando desistat. c. nouit. de iud. Sed etiã credo ꝙ offõ iudicis cogi possit mederi & ægroto cõsulere.
89 † Sicut doctor cõpelli ꝑt cõsulere litigantibus, ſm gl. in l. 2. C. de proxt. sacro. scri. & proba. in l sancimus. C. de aduo. diuer. iud. vbi Bar. & Saly. no. licet Bal. ibi ꝯrium teneat, & malè, nã
90 ꝯ operi. gl. & Bart. est verior & magis cõ⁹, ſm Fel. in cap. si pro debilitate. co. fi de offi. dele & Pari. de Put. in trac. de syndica-
91 tu. ver. potestas cũ esset in officio, † Postquàm enim medicus offm medicandi assumpsit, vꝛ posse compelli vt operas præstet, quia est munus publicum, qd quilibet inuitus subire tenetur. l. munerum §. iudicandi. ff. de mun. & hon. & l. pe. §. duo.
92 ff. de vaca. mu. † Sed quid si desperet de salute infirmi, an tunc medicus etiam tenebitur medicari? †Vꝛ quòd non, quia doctor iurista nõ debet neq; arctari potest suscipere ꝓtectionẽ cause desperatæ. l. rẽ non nouam. §. proni. C. de iud. c. si habes. xxiiij. q iij. & hoc ẽt dicit gl. in l. j. §. diuus. ff. de var. & extraor. cog. ¶ In contrariũ est ipsa veritas, quia medicus suscipiendo curam desperatã neminem lædit sicut aduocatus qui protegendo cãm iniustam lædit aduersariũ, pares ergo nõ sunt ter
mini ſm S. Thomã. 2. q. 73. art. 3. quem sequitur Felin. in cap
93 pastoralis. col. 3. in fi. de iud. ¶† Sed quæritur an teneatur mederi gratis, an ita demũ si salariũ condignũ sibi præstetur? Vꝛ ꝙ gratis teneatur, aliàs incurrat simoniã. Giezi. n. gratiã sanitatis Naamam Siro vendidit, eandem gratiam Eliseo vendicantem leprosus factus amisit. c. qui studet. j. q. j. & Prouerbio rũ. 24. Noli vendere sapientiã doctori. & intelligentiam, gra-
94 tis accepistis, gratis date. c. j. de magistris. ¶† ſn ꝯrium facit, quia licet doctori vẽdere iustũ ꝓsiliũ. & aduocato iustũ patrociniũ. c. nõ licet. 11. q. 3. l. vni. C. de suffra. Facit, qa si merces nõ esset, nemo studeret, nã metu inopiæ etiam iustitia deseritur. c si qs. 1. q. 2. c habeat. xij. q. j. Nec facilè inuenies multis exemplis vnum, Virtutem pretium qui putet esse suum. & dicitur Prouerbiorum xvij. De fructu oris replebitur venter eius, & c. 12. de fructu oris eius quisque replebitur bonis. & dicit Sapientia. c. 8. Diuitię mecũ sunt, & dicunt iuristæ. Dat Gãlenus opes, & ſactio Iustiniana. Ex aliis paleas, ex istis collige grana. ¶ Et ista pars verior est pro qua est tex. in c. non sanè. 14 q. 5. nã si doctor nõ tenetur gratis ꝓsulere. vt ꝛ. dixi, nec aduocat⁹ postulare. l j. § ait ꝓtor. ff. de postl. multo minus tenebitur medicus gratis mederi, quia & si professorũ & medicorum eadẽ causa videaꝛ iustior, tñ est causa medicorũ, cum hi salutẽ hominum agãt. illi studiorũ curã. l. j. §. medicorũ. ff. de var. & extraor. cog. & ita tenent gl. & scrib. in d. c. qui studet. Pan. & alij in d. c. ad aures. de rap. & quali. ¶ Ad ꝯria respondet gl. in d. c. qui studet. q̃ medicus nihil debet recipere pro sanitate restituenda infirmo, cum illud sit gratia. & ita ꝓcedat ille tex. sed pro labore ſm̃ licitè recipit, sicut ꝓfessor recipit salariũ pro
95 suo labore, non ꝓ scientia quã docet. ¶† Qd facit ꝯ arrogãtes medicos. q ſnt̃ sanitatẽ pollicẽt ægrotis. c. qñ. 83. dist. Nã sanitatẽ promittere nihil aliud est q̃ gratiã polliceri, quæ nõ est in medico, sed in Deo. c. potrò. ver. hic autẽ, & ver. nun-
96 quid med. ci reluscitabunt mortuos. de pen. dist. 1. ¶† Malè ẽt faciunt consultores & aduocati, qui clientulo victoriam repromittunt. Quia victoria non est in aduocato, sed in iudice. l. 1. ff. de abol. & §. norandum. ij. q. iij. nec semper laborẽ sequit̃ effectus. c. nisi cũ pridẽ. §. quippe. de ren. ¶ Itẽ respondet eadẽ gl. ꝙ nihil medico debetur ꝓ sanitate. sed pro honore ꝓ qua facit tex. in d. c. non sanè. ibi. nec medico reddere volunt honorẽ suũ. Sic etiã propheta in signũ honoris munera recipit. c iudices. 1 q. . Sic deus in ſignum honoris recipit decimas. c. decimæ xvj. q. . Et hac de causã [illegible] debentur honoraria dicuntur, non mercedes. l. 1. §. proinde. & §. in honora-
97 riis. ff. de var. & extraor. cog. & dixi ſn in 2. par. princip. ¶† Insuper dubitatur an medicus cui nota est cura & infirmitas absque reuolutione librorum teneatur gratis curare. gl. in d. c.
98 nõ licet. mouet hanc dubitationem in ꝙsultore. † & tenet ꝙ teneatur gratis cõsulere. secũ Spe. de salario. §. sequit̃ de aduocatorũ salariõ. in prin. idem ergo dicet dũ in medico. ¶ Sed in vtroque ꝯriũ verius est, & ꝯrium tenet Io. And. in addi. Spe. Io. co. palle. qa scribit maximũ absurdũ ꝙ deterioris ꝙditionis essent q bene laborabũt in studio, q illi qui parũ in scholis & in studio insudarunt, Itẽ deterioris ꝙditionis esset vir practicus, promptus, resolutus, & ingeniosus, q̃ grossus. & inexpert⁹. Vñ concludo habendã esse rationẽ ꝓteritorũ laborũ. l. studiorũ labor. C. de asses. nec tã pro labore quam pro honore hono-
99 raria debentur, vt statim dixi. ¶ Sed an pauperib. saltẽ teneaꝛ ſn gratis mederi [illegible] concluditur ꝙ sic. vt per Card. Alex. in c. 1. 83. dist Pan. & alios in d. c. ad aures. quia non debet apud medicum plus valere pecunia, quàm vita morituri. c. nõ satis.
100 86. dist. † Sic aduocatus tenetur gratis patrocinari pauperib. & doctor gratis consulere. secundum Host. & Pan. in ca. ꝛ. de offi. iud. & bene probatur in c. statutum. §. insuper in fin. de re c lib. 6. nec aliter possunt saluari. quia ab condunt talentũ domini sui, secundum Grego. super homilia Matthæi. 5. ¶ Subdit Pan. quòd si recusauerint mederi vel patrocinari, iudex poterit eos cogere interdicendo sibi officium postulandi vel medicandi, vel aliàs mulctando. sequitur Fel. in c. si pro debilita-
101 te col. fin. de offi. dele. † Nec debent medici deꝛignari pauperib. succurrere. quia laudabilius est ob equi tenuiorib. quã turpiter seruire diuitib. l. archiatri. C. de profes. & medi. & ibi Io. de Pla. dicit quòd cura pauperum honestissima, cura diuitum spe præmij omissis pauperibus medico turpissima est. Nam in medico nulla debet esse acceptio personarum, sicut nec in iudice. vt in auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. eos quoque. † Et si medicus salariatus de publico, non ita bene curet pauperes sicut diuites, cassari & expelli

expelli debet, secundum Bar. in d.l. archiatri. per illum text.
103 ¶ Sed quid † si infirmus non velit ꝙ medicus vadat ad eū, an tunc teneatur mederi innuito? Respondent docto. etiam medicum teneri, quia infirmus recusans auxilium medici, præsumitur furiosus. c. fi. de succes. ab intest. l. quidam in suo. ff. de cond. instit. Furenti autem medicus, & pater filio indisciplinato tenentur medendo, ligando, cedendo succurrere. si autem eos negligāt huiusmodi falsa mansuetudo crudelitas reputatur. c. ipsa pietas. xxiij. q. iiij. & pro hoc facit bonus tex. in cap. j. & ij. q. Bona enim præstantur inuitis quando eorum consulitur vtilitati non voluntati. c. & qui emendat. xlv. dist. & ita expresse determinat Spe. in tit. de salarijs. §. ñ. ver. quid
104 si infirmus prohibet: & Card. Alex. in d. c. j. ¶ † Sed pone ꝙ medicus dubitet an medicina sit profutura vel nocitura, an tunc debeat propinare infirmo ipsam medicinam? Inno. & Io. de Ana. in d. c. tua nos. dicunt ꝙ nō, aliàs peccat quia melius est hominem relinquere in manu creatoris quàm ipsum
105 exponere dubitabili medicinæ. ¶ † Sed pone ꝙ in manibus medici moriatur infirmus, qui medicus intra annum luctus contraxit matrimonium cum relicta per defunctum, an ex hoc suboriatur indiciū contra medicum ꝙ insidiatus fuerit vitę defuncti? Videtur ꝙ sic, ex eo ꝙ tam repente traduxit relictam defuncti. Sicut tutor qui ante xxv. ann. traducit in vxorem pupillā suā, ꝓsumitur suspectus de dilapidatione. l. si patris, & l. pen. C. de interd. matri. Et ꝙ suboriatur aliqualis suspicio ꝯtra medicū ꝯtrahentem matrimoniū cū vxore defuncti ēt post annū luctus, tenet gl. in c. cōcubuisti. xxxij. q. vij. ¶ Ex hac tñ suspicione sola non credo medicū torqueri posse, nisi alię vrgentiores cōiecturę cōcurrant, puta si añ mortē mariti adulterabat eius vxorē. arg. ecclēsiā quæ no. in l. j. C. de mul. q̄ prop. ser. nup. Vel, si constaret ꝙ aduersa medicamenta ægroto dederit, vel per incuriā ipsius æger mortuus fuerit, tunc præsumptio oriret ꝯtra medicū saltē sufficiens ad tortu
ram. l. necessarios. §. fi. ff. ad Sylla. Et ex qualitate personę medici, & vxoris defuncti etiā coniectura probabilis fumi posset. l non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mil. ¶ Sed iā de salarijs medicorum aliqua discurramus. Spe. in tit. de salariis. §. fin. plu
106 res qō. format, nos quasdā alias subnectemus. † dicit Spe. medicū nō esse maioris authoritatis q̄ sit obstetrix. per text. in l. fin in prin. C. cōmu. de leg. vbi obstetrices & medici pari
107 æstimatione, id est xl. solidis ꝓ quolibet appreciantur. † Et sic sentit Spe. ꝙ non est dandū medico maius salarium quàm vni obstetrici. quod ēt sensit gl. in c. nō sine. xiij. q. v. & Fel. in d. c. tua nos. & videtur probari in d. l. fi. Nam si est tanti valoris seqa obstetrix quanti seruus medicus, non videtur ꝙ plus lucretur medicus quàm obstetrix, alias pluris æstimaretur. l. si
108 quid vēditor. ff. de ædil. edi. ¶ Sed † nunquā istud crederem, vñ puto ꝙ tex. ille sanè sit intelligendus; videlicet ꝙ loquatur de medico seruo, q vnam morbi speciē tantū nouit curare, vt sunt articularij, dētarij, & similes q ēt medici noīant. l. j. §. j. ff. de var. & extraor. cogni. & s. dixi. isti bñ æquiparantur obstetricibus q̄ puerperijs tantū vacant. Sed Physici qui norunt omniū ęgritudinum causas & remedia, absit ꝙ eos pares esse
109 obstetricibus dicamus. † nam si liberi sint æquiparantur ꝓfessoribus liberaliū artiū, maximè quātū ad salaria, vt dicitur in d. l. j. § j. & eadē gaudent īmunitate qua legū doctores. l. me
110 dicos. C. de profe. & medi. ¶ † Et medicus Papę vel Imperatoris æquiparat̄ duci ſm Bar. in l j. C. de comi & arch. sacri pa
111 la. † Et si eiusdem dignitatis esset obstetrix, sequerēt ꝙ obstetrix reginę esset adæquata duciſſę, quod nullibi legit̄. ¶ Secū
112 do † quæro an medicus salariatus de publico possit ab infirmis aliquid recipere? Breuiter respondendū est ꝙ non, per tex. in l. archiatri. & ibi not. Bar. C. de profe. & medi. & idem
113 dicunt Inn. Pan. & alij in c. j. de post. ¶ † Sed dubitatur an possint recipere à sponte dantibus? Ang. & Io. de Pla. in d. l. archiatri. rident sponte oblata licitè recipi. & idē sentit Lucas de Penna, dū exponit verba illius text. qui sani sunt. s. circa ęgrotos. sequit̄ Io. de Ana. in c. tua nos. de homic. ¶ Contrariū tenet Fel. in d. c. tua nos. per eas quę scribit Bart in l. in uitus. §. fi ff. de reg iur. vbi tenet ꝙ si notarius salariatus de publico prohibeat̄ ex forma statuti ꝓ scripturis aliquid recipere, non ēt̄ q̄ ferit aliquid recipere à sponte dantibus. Sed ista deci. nihil obstat, quia procedit q̄n notarius expresse ꝓhibet̄ quicq̄ recipere, nos loqmur in casu quo medicus fuit simpliciter salariatus, & tūc quærimus an possit salariū recipere ab infirmis. Vnde fateor ꝙ si ex cōuentione medicus ēt̄ ꝓhibitus aliqd recipere, ꝙ ēt̄ à sponte dātibus non deberet accipere, qd etiam voluit Ioan. de Pla. in d. l. archiatri. Mouet̄ ēt Fel. quia infirmi & eorū cōsanguinei erubescunt nihil offerendo, vnde si liceret recipere oblata, de facili induceretur cōsuetudo dandi & recipiēdi. ¶ Ista ratio etiā concludit ſtāte prohibitione, sed vbi nulla est ꝓhibitio, nihil est qd ꝓponat̄ quare
114 ꝓsuetudo sponte dādi induci nō possit. ¶ † Posset dicere quia te cōuentione de nō recipiēdo quicquā, nihilominus medicus post restitutā sanitatē infirmo poterit recipe spōte obla-
115 ta. † sicut is q mutuauit gratis post dissolutū mutuum, licite suscipit, qd sibi spōtè offert̄, ſm glos. in c. ꝓsuluit. de vsuris.
116 † Sicut ēt notarius epi, q nihil dēr exigere ꝓ instrumētis ordinū collatorū c. j. de simo. tñ post reddita instrā licitè ea recipit q̄ ordinati spōtè offerūt, qa nō ex ambiētis petitione pro
117 cessit oblō. c. sicut epm. 1 q 2. † Sic ēt iudex post latā sniam licitè recipit qd sibi liberaliter offert̄, ſm Gemi. in c. statutum.
118 §. insuper. de reser. lib. 6. ¶ † Et ista notanda sunt ad aduocatū salariatum de publico, vt non possit recipere quicquam à particularib. litigantib. secundū Ang. & Ioan. de Pla in d. l. archiatri. Qd verū est si sit de publico salariatus tam pro causis cōitatis, quā singulariū p onarū, secus si ꝓ causis cōitatis tantū.
119 ¶ † Sed iterū dubitatur an medicus salariatus de publico & prohibitus aliqd recipere, possit q̄ à sanis offerūtur acceptare? Inn & Car. in d. c. j. de postu. dicunt à sanis oblata licitè recipi, p tex. in d. l. archiatri. & qa sanis non est salariatus de pu-
120 blico. ¶ † Nō. n. sanis opus est medico. Idem tenet Hāti. c. multi. 2. q 1. ¶ Sed tu ꝓsidera qua ex causa sani offerant, nā si ꝓ cōseruanda sanitate hoc faciunt, decisa ista de plano ꝓcedit, sed si offerant pro infirmitatib. futuris, tunc stante prohibitione ꝙ aliquid nō recipiant ꝓ curis ægritudinū, videretur ꝙ etiā à sanis non sit quicquā accipiēdū quia violatur finis & causa ꝓhibitionis, qui finis regulat actus agendi. l. verū. de furtis. & qa ꝓhibito vno censentur oīa ꝓhibita p quæ peruenitur ad
121 illud. l oratio. ff. de spons. nec vna via cōcedi debet quod alia via ꝓhibitum est. c. cū quid vna via. de reg. iur. ¶ † Et not. ꝙ san⁹ malè facit viuēdo medicinaliter, ſm Inn. Car. & Io. And. in d. c. tua nos quia oīa sana sanis, & quāplura insana ægro-
122 tis. † Non tñ malè faciunt sani, si xxiij. die Febr. faciant sibi sanguinē minui, quia secundū Io. And post Vincent. non possunt postea mori illo anno ex febrili distemperatione, dicente ab Angelo hoc fuisse reuelatum. sed d. An. & Pan. in c. cum ad monasterium. de statu reg. dicunt istud non indigenti non expedire, quia ex diminutione sanguinis diminuitur vita hominis, ſm traditiones peritorum. ¶ Et sicut medicus salariat⁹ de publ. pōt à sanis oblata recipere, ita aduocatus stipēdiatus
à communitate poterit à non litigantibus oblata munera
123 acceptare, ſm Host. & Car. in d. c. j. † Tertiò quero, medicus conductus fuit à cōmunitate ꝓ certo annuo salario vsque ad tres annos, finito cō ductionis tpe pseuerauit in curando infirmos, in omnibus & p omnia ꝓut tenebatur virtute præceden tis conduction's. Nunc dubitatur an censeatur renouata locatio & conductio, ita quòd sibi cōpetat actio contra cōmunitatē, an verò teneat̄ agere cōtra eos quos curauit? Vī ꝙ cōtra cōitatē nulla cōpetat actio medico. Nō. n. ex parte communitatis ꝓt dici renouata locatio, qa sola patientia non implet cō tractum locationis, sed requiritur aliud, vt declarat Bart. in l. itē queritur. §. qui impleto. ff. loca. & in l. si mora. ad fin. ff. sol. matr. Plus dixit Bart. in d §. q implero. ꝙ si conductor prediorū ipsius communitatis finita locatione perseuerauit in tenuta, non tñ censet̄ renouata locatio nisi probet̄ ꝙ illi qui habeant ptātē locandi sciuerint & passi fuerint, quāto magis idem dicendū vī in casu nro, in quo ēt ꝙ habentes ptātē conducendi medicū sciuerint & passi fuerint, tñ medicus non videt̄ pseuerasse in aliquo actu ꝯductionis quantū ad cōitatē, qa aliud singuli, aliud vniuersi l. sed si hac. §. q manumittit̄. ff. de in ius vo. ¶ Contrariū determinat Soc. cōsi. 196. Circa præsentē libr. ij. Mouet̄ primo qa ægroti ꝓ eorū curis nō soluentes nisi quæ prius durante locatione soluebāt, nō tantum ex patientia, sed etiam ex actu positiuo solutionis consensisse videntur, ergo renouata erit locatio. Sed parcat mihi, istud nihil est, qa licet ægroti fecerint actū positiuū ꝓ quē vnà cū patientia renouata esset conductio, si ptātē cōducendi habuissent, tñ cū ipsi nō habeant potestatē vl ā medicum conducendi noīe communitatis nullo modo dici pōt renouata ꝯductio, ſm Bar. in d. §.
124 q impleto. ¶ † Secundò mouet̄ qa medico debet̄ salarium etiā si cōuentū non sit. l. j § j. ff de var. & extraor. cog. tradit per Bal. in l j. C. mādati. Illud ꝯcedo, sed dico ꝙ debet̄ ab eis quos curauit. c. nō sine. 14. q. v. & d. §. j. vnde à particularibus debet̄ non ab vniuersitate. Tertiò mouet̄, quia ſm Barto. in d. §. qui impleto. licet locator operarum nō possit agere virtute tacitę conductionis, quia sola patientia non implet contractum, saltē potest agere actione negg. gestorū. Sed nō aduertit Soc. ꝙ Bar. loquitur q̄n locator ꝓstituit operas ad vtilitatē primi conductoris principaliter. tūc qa eius negotia principaliter gessit contra cū cōperit actio negg. gestorū. In casu aūt nro medicus principaliter gessit negotia eorum quos curauit. Nec dici pōt

q̄ n aliquo gessit negoria vniuersitatis principaliꝝ, qa aliud singuli aliud vniuersi. ¶ Vltimò moueꝝ quia saltē ex æquitate si bi comperit actio. l. si me & Titium ff. si cer. pe. Sed verū diceret si medico actio non competeret ꝫ eos quos curauit, sed cum habeat ꝫ eos actiones saluas d. §. j. cessat ꝗ tas d. l. si me & Titius cuius remedium est subsidiariū, vt ibi no. Verior ergo vr ꝫria opi. nisi medicus probet q̄ regentes hñtes ptātem reconducendi ipsum, sciuerint eū mederi vt prius, & passi fuerint, tunc forte ex æquitate defendi posset opin. Socy.

125 † Quartò quæro si medicus nō sit salariatus de publ. quo casu merces sibi debetur ab ifirmo, an tunc sibi debeat solui in prin. an in medio, an in fin. curæ? Medici dñt à prin. sibi esse satisfaciendum. Dicit enim Roff. q̄ ita cantat medicinæ aphorismus. Dum docet infirmus medicus sit pignore firmus & di
126 cit Ioan. Andr. v. † dum dolor est accipe quia passato lo pon
127 to. gabbato è lo sancto ¶ † Aegroti vt dicunt satisfacere velle in fine, quia consueuerunt medici expleto salario infirmū derelinquere l. Thais. §. Lucius. ff. de fideic. libe. Et quòd in fi. soluendum sit salarium medico tenent Inn. Car. do. Ant. & §◆ alii *conet.* in c. pp de loca. & Spe. ti. de salariis § nunc ātde procuratorem ver. hn, §. ita etiā & ccessit d. laf. in l. diem functò. cō. ff. de ōne aff. p tex. in d. l. archiatri. & qd bi not. Bar. sed ille tex. nihil facit, quia loquit̄ q̄n medicus est salariatus de pub. tunc verum est q̄ durante infirmitate nihil potest rec pere, sed nos loquimur in medico non salariato de publico. ¶ Vnde recurrerem ad consuetudinem, qua cessante distinguerem vt in aduocatis d. singu. Bart. in d. l. j § diuus ff. de
128 var. & extraor. cog. † Valer en, margin de aduocatis ad medicos qu a aduocati dñt medici animarum, sm gl. in c. cæteru, & ibi Pan. de iuramen. calum. & vb q; de med co corporum ad medicum animarum & cō arguūt canones, vt patet ex his
129 quæ s. dixi, & quę j. fabriciam. ¶ Quintò q̄ro an medico forensi, cui constitutu fuit certū diurnum salariu, debeat sl̄ariū pro corpe quo ifetit in itinere? Et dicendu est q̄ sic, vt est tex. ad hoc sing in l. qd nisi § ex prouincia ff. de opis liber. quę ibi ad hoc inducit Bart. & reputat sing. Lud. sing. cccl xxxvj quod incipit, Medico exñti. & sequitur Io. de Ana in d. c tua nos. & ibidem voluit gl. in l. deserto. 2. § fin. ad diem. ff. de re mi i. & idem in aduocato dicit Bal in c. C. de sutra & Felin. c. j. ad fi.
130 de libe. obla † Sed quid si medicus vel aduocatus à domo discedat hora iam tarda, an consequi debeat salarium pro integro die. Bald. in. Liberti. colu. 4 C. de ope. li. tenet quòd non, per tex. in l. j ff. de ann. lega. Contrarium tenuit Bart. in l. de diuisione in fin. formans quęstionem ambaiatore. ff. soluto matrimo. per text. in l. 3 ff. de verborum signi. & cum Bart. transeunt Imo. Are. & d. laf. ibi. sequitur Mar. Lan. in tract. de leg. princ. ver. xv. Sed opi. Bal. sequitur Lud. Pi. & fuit etiam opi. Dy. quæ æquior vī, & possem hic initiare circa intellm d. l. 3. & circa intellm d. l. 2 sed modum eorum, qui tractatus faciunt
131 excedere, si circa talia immorarer. ¶ † Sed qd si occurrat dies feriata in honorem dei, an p̄ ea die medicus possit salariū petere? Ī q. sic, quia concessum est medico mederi et die Dñi co vt hī fo. 7 c & expressē per d. Iac. Alvaro. in prælu. feu. col. 2. Obseruatio enim festorum non impedit ea quæ ord nātur ad hominis salutē ēr corporalē, sm beatū Thomam q. x j. artic fi. Si ergo opes medendi licitum est, cur et am licita no erit perceptio mercedis quæ debetur pp operas? sicut ruricolis q festis diebus intante necessitate frendendi agriculturæ, vī debi
132 ta merces. c licet. de feriis In contrarium facit, † quia omnis Christi act o nra debet esse instructio. l. & hoc Tyberius. ff. de hære. instit. cognificatū de elec. Sed Christus medicus gratis curabat sabbato, ergo idem faciant medici. ¶ Ego putarem q̄ medicus non possit petere salarium pro ea die, quia petendo tacitè aller t pp̄ præmium fecisse die festo opus seruile, quòd facere non licet. vt hr Leuit. xxiij. Opus seruile sabbato ne fe
133 ceris. † Sic doctor iuridica non licitè petit honorar um pro consilio, quod fecit diebus festis, quia studere & consulere propter lucrum dieb. festis, opus est seruile, sm Hostien. Car. dum Ant. Pan & alios, in c. j de feriis. & Alvaro. in prælu. teo. Sed si sponte sibi offeratur, licitè recipit, quia multa honestè capiūtur, quæ inhonestè petuntur. l. j. 6. pinde. ff. de var. & extraor. cogni. Et quia si quis princeps propter bonum finem operetur diebus festis, non peccat, etiam q̄ accessoriè & in consequen. ipm consequatur lucrum. l. si de magist. sm Pan. in d. ca. j. Sanctificent ergo doctores & medici festa Dei cum animi veneratione ea ar sanctificab mus si Deo vacabim⁹. c. ieiunia. de consecra distin. 4. Deo aūt vacabimus, si egrotis sanum remedium & quærentibus iustum consilium ad gloriam altissi-
134 mi dabimus. ¶ † Sed pone q̄ medicus vsus sit fore ici diplomate, q̄ veniat ad infirmum in vno die, & sm distantiam debeat morari p dies tres, quia distabat miliaribus sexaginta. l.
5. ff. de verbo signifi. c. cupientes. § qd si per viginti. de electio. lib 6 an tunc debeat habere salariū triū dierū vel vnius tantū. Videꝝ q̄ pro vno die tantū ꝗa salariū tꝑe cōmensuratū fuit, ergo vltra tēpus nō debeꝝ. Scio. ff. de annu lega. p quem tex. dixit Bal. in d. l. Lucius § ārte peto. ff. de leg. 2. q̄ si princeps dedit salarium ambasiatori pro vno mense & ipse reuersus fuerit in tribus hebdomadis q̄ tenebitur restituere quartā partē. sequitur Mart. Laud. in tract. de leg. principum. ver. xv. ¶ Cōtrarium q̄ debeat habere salarium triū dierum tenet expreſ sē gl. in l. eos § fi. de sal. sequitur Imo. in l. cōtinuus. §. cum ità. ff. de verbo oblig. & ibi etiam Aret & do. Alex. in d. l. de diuisione. in prin. Albe. de Ros. in d. § ārte peto. vbi distinguendo concordat opiniones. Aut ratione laboris fuit constitutū salarium ad numerum dierum, & tunc quia medicus itinerādo tantum laborauit vno die, quantum fecisset alius trib. diebus, etiam trium dierum salarium consequi debet. Aut fuit cōstitutum certum pretium ratione expensarum faciendarū singulo die per medicum vel ambasiatorem, & tunc pro vno die tantum consequitur salarium cōuentum, pro qua distinctione allegat tex. in l. antepe § cum inter ff. mandati. Aut fuit cōstitutum salarium ad ratam mensis vnius, & tunc si infirmus citius liberatur nō habebit salarium nisi ad ratam tēporis &
135 sic ita procedant no. in d. § ārte peto. ¶ Vlterius † dubitatur, qd si medicus in itinere infirmetur, an debeat habere salariū p̄ tanto tempore quo domum reuerti posset? Bart. Alb. Ang. & §◆ *comunit.* docti in l. si cui § tandiu, per illum tex. determinat quòd sic. ad idem facit tex. in l. fi. § pen. ff. ad legem Rhodiam de iactu. nam iuuare dicitur medicus etiam eo tempore quo ifetit infirmus. l. cō hæres. §. Stichus. ff. de statu libe. & ibi Alb.
136 ¶ † Quid aūt si eq̄s cōductus à medico sibi derobetur in itinere, an sibi ad tempus cōperat actio cōtra infirmum? Fel. in c. j. de libel. oblā respondet q̄ non, alleg. Bald. in l. nihil ff. de
137 rei vēd. quē nō reperio ifud dicere. ¶ Sed quid † si medicus recepit salarium pro curanda podagra alicuius, q̄ paulò post fuit occisus an teneatur restituere salariū? Breuiter casus est decisus q̄ non in l. per C. de cond. ob. cau. de quo dic, vt ibi per doct. & per Bar. & alios. in l. si vno § item cum quidam. ff.
138 loc. ¶ Insuper quæro medicus cum infirmo q̄enit de certa mercede sibi præstanda pro ifi liberatione, vel conuenit cum republica curare ifirmos tempore pestis liberatur infirmus sed illico recidiuat, vel cessat pestis per aliquot dies. sed breui reuertitur. dubitatur an medicus pro eodem merc salario teneatur iterū curare? Videtur quòd non, quia obligatio secuta liberatione finit extincta ergo amplius non potuit renouisscere. l. qui res. § ream. ff. de. sol. ¶ In cōtrarium facit, quia non dicitur infirmitas discessisse, quæ citò redit. Auortiū ff. de di-
139 uor. regist. de pœn. dist. j. c. diuortiū. ¶ † Illam q̄ format Spe. tit. de salariis. §. fi. & determinat q̄ si incōtinēti recidiuauit vel reuersa est pestis q̄ iterum pro eodem salario teneatur curā suscipere, quia non dicit̄ liberatus qui incōtinenti recidiuat.
140 ¶ Et sic vult Spe. q̄ recidiuans incontinenti præsumatur ex causa & radice præcedentis infirmitatis recidiuasse, quod etiam voluit Bar. in l. Martius. per illum tex. ff. loca. Et ibi etiam gl. quę vult quòd si podagra, à qua medicus promiserat patiē tem liberare breui reuertatur c̄petit infirmo actio ex conductio, quia medicus non extinxit angustias infirmitatis, sed eas cessare fecit tñ. argu. l. qui tertiana, aut quartana febre. ff. de ę dil. edic. Et dicit ibi Paul. de Cast. q̄ podagra breui reuersa præsumitur processisse ex primis humorib. ī ex interuallo, præsumitur ex nouis & ex mala custodia prouenisse. Idem decidit Io. And. in reg. contractus. de regu. iur. Idem tenet Io. de Imo. & Alex. in l. si ita stipulatus essem abs te. ff. de ver. ob. idem cōcludit Fel. in d. c. tua nos de hom. & fuit de mente gl. in c. adhuc instat. in ver. centies. de pœnit. dist. 3. ¶ Pro qua dist. bene facit qđ decidit Io. And. in l. Spe. tit. de emp. & vend. §. ićien
141 dum ver. de illo. vbi decidit q̄ † si equus intra triduum moriatur præsum. f. q̄ p̄ venditionis vel locationis morbosus §◆ esset secus si ex interuallo longo. sequuntur Imo. Ale. *conser.* scribo in l. si qs cū alt. ff. de ver. ob. de quo p. Bal. in l. 1. in 2. q. C.
142 de resein. vend. ¶ † Si si vulneratus intra modicū tempus moriatur, p̄ simile mortuus ex vulnere, secus si decedat longo interuallo post. sm gl. in l. C. de emend. seru. quæ dixit sing. d. Iac. in l. lecta col. 14 ff. si cer. pet. Sed est gl. contra ibi in ca. p illum tex. de ele. percus. & ibi Pan. dicit istu. vltimum esse verum. si is qui ex interuallo occubuit, visus fuerit aliquando à vulnere conualuisse, secus si semp vulneratus in deterius p̄cessit, & tandem mortuus est. De quo ītā fuit iudicio medicorū sm Bar. in l. si. ff. de fisca. Alex. consi. 14. excellentissime dominus. lib. 1. Anch. consi. 489 in casu præmisso. Cep. cōsi. 25. & consi. 2. per totum. & consi. 3. colum. 5. Imo. per el. in cap. præterea. de homi. vbi post Sal. in d. l. prima, opti-

ſuè diſtinguit.¶Prædicta vera ſunt,niſi conſtaret q̃culpa ipſius ægroti recidiuaſſet,per tex.in d.l.martius. vbi promiſſor non tenetur reædificare opus q̃d conſtat terremotu & non
143 vitio operis deſtructũ fuiſſe.¶Idem dñt de equo† mortuo ĩ continenti poſt emptionem,vt non teneaẽ,vẽditor,ſi conſtet mortuum,quia comedit herbas venenoſas,vl̃ qa nimia itinere oppſſus fuit,ſm d.Alex.in d.l.ſi quis cũ al̃r.Et iõ ſi infirmus iam liberatus indulſerit appetitui nimiũ comedendo vel bibendo,non teneretur medicus mederi,niſi ſibi nouum
144 cõſtituatur ſalariũ.Quia ex† crapula ſolent omnia morborum gña prouenire,& ex ea præſumitur liberatum recidiuaſſe.c.ne tales.de conſec.diſ.v.vbi Hier.aiſle.Hippoc.in aphoriſmis.& Galenum Hipp.interpretẽ doctiſ.qui athletas quorum vita & ars fagina eſt,non poſſe diu viuere nec ſanos eſſe,niſi gulæ impatientia remedium afferant,&quod turpiter ingeſſerant turpius eiiciant.Et dr̃ eccleſia. 127.in fi.ꝓpter crapu. plurimos vitam cum morte cõmutaſſe.abſtinentes autẽ clõgaſſe vitã.& ſm Hier.ad Ruſticũ,multæ ex deliciarũ epulis mo-
145 leſtiæ gñantur.¶†Idẽ fortè ddm eſſet,ſi infirm⁹ poſt recuperatã ſanit.illico ad vomitũ reuerſus eſſet,puta ad vſuras,concubinatũ, vel blaſphemias,nã præſumẽdũ eſſet,q̃ pp eius ſcelera recidiuauerit non culpa medici.arg.c.quæris,de ꝑſe.diſt. 3.& eorum quæ dixi.ſ.in 3.ſpeciali.2.par.prin.ver,aduerte tñ. ¶Sed dubitatur qñ dicaẽ incõtinẽti infirmitatẽ rediiſſe,velex interuallo?Br̃ non poteſt dari certa doctrina.ergo arbirrio iudicis relinquendum.l.j.ff.de iu.deli.l.ſi ita quis.§.Seia.ff.deverbo.obl.c.de cauſis.de offi.deleg.vbi multa ad hoc reduxi.&ita in ꝓpoſito nr̃o dixit Pan.in c.2.de cleri. percuſſo. Et dicit do. Alex.in d.l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te,in fi. quòd iudex ſe à peritis informabit.Peſtis aũt ſi intra quadraginta dies reſurgat,præſumitur ex cã veteri renouata,ita vulgò circũfertur.
146 †& ab experientia edocti ſumus.Sed quia chirurgi,& medici deputati tempore peſtis ad curãdos ægros certi de ſalario deſides ſunt,& niſi noua ſalaria offerãt,infirmi deſerũtur,& hac de cauſa differt̃ contagio,& plures moriuntur, qui ſana-
147 rent̃,vtilius† eſſe puto cõſtituere ſalarium medicis pro numero eorũ,q̃ curant̃ ab eis,& dare maius ſalariũ ꝓ eo q̃ libe raẽ q̃ ꝓ eo q̃ moriẽ,puta ꝓ quolibet liberato aureũ, ꝓ quolibet mortuo florenũ.Siç,vt intelligo,fecerunt Auraiſenſes,& bene ſibi profuit,quia cito euaſerunt hanc calamitatem, & peſtiferatorũ amplius numerus euaſit.Inſatiabilis. n.ç upido auri vrget medicos ad liberandum quantum in eis eſt,cũ videant maius præmium ſibi præparatum pro liberatione quã pro morte.l.j.C.quib.ex ca.ſer.ꝓ præmio lib.accip.Ad omnia
148 † mim miſeros mortales cogit auri ſacra fames.l.ſi quem-
149 quã.C.de epi.& cle.& reſpublica ſi ſibi debitur,poterit ſoluta repetere ab his ſaltem qui liberati ſunt actione neg.geſ. l.Pomp.ff.de neg geſt.

Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Remedium optimum & efficaciſſimum contra peſtem.*
2 *Aqua viua proficiens tempore peſtis.*
3 *Charitas quid ſit.*
4 *Aqua viua proficiens peſtis tempore, vbinã locorum inueniri debeat.*
5 *Aquam viuam bibere quid ſit, & quid deguſtare.nu.6.*
7 *Lachrimarum virtus quanta ſit,*
8 *In definita æquipollet vniuerſali.*
9 *Lachrimarum plura genera.& nu.ſeq.*
10 *Lachrimæ vnius,an & quando valeant ad ſalutem alterius.*
11 *Lachrimæ pœnitentiæ quæ dicantur.*
12 *Lachrimarinon valenti,an ſuperſit locus ad pœnitentiam.*
14 *Lachrimæ quot ſint neceſſariæ ad bene diluenda peccata.& nu.13.*
15 *Pœnitentia quam ſequens culpa coinquinat,eſt inanis.*
16 *Peſtis,apoſtema,ſeu bozula,qua te veniat curanda,& quomodo ſpiritualiter intelligi debeant.*
17 *Conuerſio vnde dicatur.*
19 *Paſſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti frequens memoria omnia quãtumlibet dura,& aſpera æquo animo tolerare facit.*
20 *Oleum ſalutis & virtutis herba ad peſtem ſanandam neceſſaria quænam ſint,& nu.148.& 149.Et apud quem medicum quæri debeat.*
Et quomodo vniri & miſceri debeant vt incorporentur.nu.150.
22 *Sacerdos vnde ſic dicatur.Et ibi,quare confeſſio ſacramentalis fuerit inuenta.*
23 *Peccator dum peccat, tres perſonas offendit.*
24 *Confeſſio eſt ad animæ ſalutem neceſſaria,& eſt de iure poſitiuo.*
25 *Officia quæ ſint.*
26 *Sacerdotum authoritas ex ipſorum numero vileſcit.*
27 *Confeſſio eſt ſacramentũ vnũ de quinque neceſſariis ad animæ ſalutẽ.*
Papa dicitur epiſcoporum caput.Et Papa & epiſcopi ſacramentalia, quæ ſunt honoris,ſibi retinuerunt.Sacerdotib.autem ea,quæ ſunt oneris,communia eſſe voluerunt.
29 *Prælati eccleſiæ pauperum bona deuorãt,ſic ſacerdotes paꝛperrimi populi peccata comedunt & nu.135.*
30 *Prælati plenã ꝓlaturæ poſſeſſionẽ fuiſſe adeptos,ſeque ꝓlatos eſſe minime credunt,niſi latum ventrem populo,inflatasque genas oſtentent.*
31 *Sacerdos quilibet,& quando poſſit pœnitentiam abſoluere,*
32 *Sacerdos proprius quis dicatur.*
33 *Papa eſt omnium prælatorum & ſacerdotum diœceſanus.*
34 *Minores & prædicatores habent ex priuilegio poteſtatem confeſſiones audiendi & abſoluendi. Et an & quando cuilibet pœnitenti licet abſque proprij ſacerdotis licentia recurrere ad ipſos fratres prædica. & minores.nu.35.*
36 *Confeſſorem eligendi poteſtatem habentes,an debeant id ſuo ordinario denunciare,& ab eo confirmationem obtinere.Et an poſſint eligere ſacerdotem curam animarum non habentem.nu.42.*
37 *Conſuetudo quòd quis poſſit eligere confeſſorem an valeat.*
38 *Confeſſiones audiendi & abſoluendi priuilegium habentes,an & quãdo habeant poteſtatem abſoluendi in caſibus ſuperiori reſeruatis.& nu.40.*
39 *Caſus epiſcopo reſeruati qui ſunt.*
41 *Pœnitentiarij Papæ,an & quando poſſint abſoluere pœnitentem in caſibus reſeruatis.*
43 *Confeſſus ſemel in anno proprio ſacerdoti,an poſſit deinceps ſine eius licentia alieno ſacerdoti confiteri.*
44 *Laicus in foro pœnitentiali non poteſt ſui iudicis iuriſdictionẽ ſine eius licentia prorogare.*
45 *Confeſſus puro laico,quem credebat eſſe ſacerdotem, an in foro animæ cenſeatur eſſe confeſſus & abſolutus.Et an habita notitia erroris teneatur confeſſionem reiterare.nu.46*
47 *Confiteri an teneatur quis ſacerdoti,in cuius parochia deliquit, an ſacerdoti,in parochia cuius habitat.& nu.48.*
49 *Confeſſiones parochianorum ſuorum audire & eos abſoluere, an & quando poſſit proprius ſacerdos extra ſuam parochiam.& nu.53. Et an & quando idem poſſit facere eius vicarius.nu 50.*
51 *Vicarius epiſcopi,an poſſit extra ſuam diœceſim beneficia conferre.*
52 *Notarius regius, an poſſit extra regnum inſtrumenta conficere.*
54 *Confeſſorem cuius vitæ & morum eſſe oporteat.*
55 *Cõfiteri an quis debeat ſacerdoti,quẽ ſcit eſſe virum facinoroſum & malæ vitæ.& nu.56.*
57 *Confeſſor exiſtens in peccato mortali,niſi ipſum pœniteat, an mortaliter peccat pœnitentem abſoluendo.& nu.58.*
Sacerdotem ſuum,quem quis ſcit eſſe in peccato mortali ad ſacramenta miniſtranda inducens mortaliter peccat.
59 *Confitens conſocio criminis,vt citius abſoluatur, an veniat dicendus plenè abſolutus.*
Sed q̄m ad forum fori nihil ꝙ † illa gl.velit q̄rium.Et istud
voluit Papa in d.c.tua nos, qui rndet quidā ēpo in foro fori,
qualiter tibi confiteri nō videmus,quasi dicat de aīo & pro-
posito in mente retento,non videmus qualiter tibi constare
possit,quasi dicat nullo mō pōt tibi constare, qd falsum esset,si
per ꝓfessionem sibi factā in pnīa stare sibi vt iudici potuisset.
108 ¶ Tertio fallit,si † accedat consensus eius qui fuit in pnīa cō
fessus,nam de ipsius licentia pōt sacerdos reuelare confessionē.
§. c.significasti.de adulte.vbi Pa.& alii not.& ista est *cōis opi.* ſm
Fel.in c.testimonium.col.xj.de testi.qcqd dixerit Claua in sua
summa,q̄ q̄rū tenet & male.Dēt tñ aduertere sacerdos, ne so
cio criminis manifestet,vt dī in d.c.significasti.in ver.nomen
adulteri celans.& in istis terminis procedit dictum Bart. in d.
§.huius studii,nā pœnitens vī dare licentiā sacerdoti stipulanti
109 pro absentibus eidem stipulationē revelandi.¶ † Sed hic in
surgit dubitatio,an credendum sit dicto sacerdotis attesten-
tis se habuisse licentiam revelandi si illa negaretur? Istam du-
bitationem resoluit Lap.alleg.xciij.dicens tñ dum esse ꝓbandū
sacerdoti quantum ad euitandam pœnam d.c.oīs vtriusque
110 sexus.sequit̄ el in c.j.col.j.de excep.† dicēs credendum esse
dicto sacerdotis,asserentis absoluisse excommunicatum ante
mortem,quantum ad euitandum pœnam.cle.ne.j.de sepult. Be-
ne facit quod decidunt Host.& Pan.in d.c.omnis.vbi conclu-
111 dunt † standum esse dicto sacerdotis,negantis se audiuisse
reuelata in confessione quantum ad euitandā pœnam illius ca-
nonis.Ego arbitror,quod ista decisio Lap. debeat sanè intel-
ligi vid.licet quando tacitus negat sacerdotem habuisse licen
tiam

tiã.Secus ſi confeſſus negaret,aliàs pęna d.c.oĩs.eſſet ludibrio ſa,quia eſſet in facultate ſacerdotis illam euitare dicendo ſemper ſe habuiſſe licentiam,quod dicendũ nõ eſt ſm Pan.& Fel.
112 in ſimili,in c.inter cæteras.de reſcrip.¶†Item aduerte,inquãtum ſuprà dixi.q̃ magis creditur ſacerdoti dicenti ſe audiuiſſe extra confeſſionem,q̃ dicenti audiuiſſe in cõfeſſione, quia verum eſt,niſi ex cõiecturis poſſet iuſtificari c̃rium, ſm dñm Card.in d.c.oĩs.inferẽs q̃ ſi ille eſſet proprius ſacerdos,& pec
[illegible]tum eſſet aliis occultum,probarétque,dicẽs ſe dixiſſe in cõfeſſione ſe fuiſſe illi confeſſum, tunc ſm eum poſſet ſacerdos ſubiici torturæ,iuxta formam c.ſi in cõtẽplatione.de reg. iur.
113 ¶Quartò fallit,ũ†ſacerdos egeat prudentiori conſilio,tunc pro conſilio obtinẽdo perſona nõ nominata poterit peccatũ
114 reuelare.d c.oĩs.& c.officij.eod.tit. ¶† Quintò,ſacerdos in genere poterit peccatũ reprehendere exemplo Chriſti,qui reprehendit Iudã,dicendo,Vnus veſtrũ me traditurus eſt.c.ſi ſacerdos.de offic.ordi.caueat tñ confeſſor, ne taliter loquat,q̃ de perſona peccatoris poſſit apparere.d.c.omnis.¶Sed quid ſi
115 †aliquis confiteatur velle interficere Titium,dicendo ſe nõ poſſe reſiſtere voluntati,an iſtud ſacerdos poſſit reuelare? Quidam,vt refert Archi.in c.ſacerdos.de pœnit.diſtinct.vj.tenent quòd non.Sed contrarium tenent Inno.& Pan.& in d. c. oĩs. qa hoc peccatũ nõ dr detectũ in preſentia,cũ peccator nõ habeat c̃tritionẽ.Itẽ quia cõmittendũ eſt nõ cõmiſſum vnde ad impediendum debet poſſe reuelare.Imò Claua.in ſua ſumma vult,q̃ ſacerdos teneatur reuelare ſub pęna peccati mortalis, vt obuietur ſcãdalo & malo futuro.¶Sed Card.in d.c.oĩs.credit licere & debere reuelare,dũ tamẽ nõ prodat peccatorẽ.Et ſi videt,fieri non poſſe,quin reuelando peccatũ committendum nõ etiam reuelet peccatorẽ,dicit Card. ſacerdotẽ debere omninò tacere.Quæ opinio placet,qñ confitens ſe habere animum interficiendi Titium,rogaſſet ſacerdotem, vt oraret Deũ pro eo ad finẽ,vt ea voluntas auferat̃ ab eo,tũc quia aliquod ſignũ c̃tritionis oſtendit,nõ credẽ licere ſacerdoti nominare peccatorẽ,aliàs ſtarem opinioni Inno.& ſequacium.
¶Sed quid ſi quis confiteat laico,qđ licèt aliqñ, puta in caſu
116 neceſſitatis:an laico licebit†reuelare confeſſata? Cano. reſpondent *cõiter* q̃ nõ,qa etiã ipſe ſcit vt Deus, nõ vt homo.
Ex quo ſequitur,q̃ etiã ipſe cogi nõ poſſet ſuper his teſtifica
117 ri,per ea q̃ ſuprà dixi.¶†Sed quid ſi reuelauerit, qua pęna veniat puniendus? Dubitatur, quia pœna d.c.oĩs pœa nõ conuenit laico.Ideò Inn.& Card.reſpondent, q̃ eſt mulctandus pœna arbitraria.arg.c.de cautis.de offic.deleg. ¶ In'up quæro de
118 quæſtione,quã vidi in facto. †Mæuius peregrè profecturus depoſuit certam pecuniarũ ſummã penes Titiũ,cui fecit apo[illegible],per q̃ reoſtrabat q̃ ſm Mæuius peregrè moreretur, quòd illam pecuniã donabat eidem Titio.Mortuo Mæuio in peregrinatione,Titius oſtendit dictam apochã Sempronio amico ſuo,petens ab eo,q̃ ſub ſigillo confeſſionis oĩa ſecreta teneret,promiſit Sẽpronius,quia dicit,ſe pro certo ſcire,q̃ illa eſt apocha ſcripta & ſubſcripta manu dicti Mæuij, quæſitum fuit,an ſtante monitorio generali,publicato ad inſtantiam venientium ab inteſtato ad hæreditatẽ dicti Mæuij, teneatur Sẽpronius reuelare dictum depoſitum.¶Vr̃ prima conſideratione dicendũ q̃ ſic,quia ſcit Titiũ habere penes ſe dictas pecunias,ergo parere debet monitorio, iuridicè ꝓpoſito.c.is q̃ fure.de furt.c.dilectus.& vtrobique Pan.de excel. prælat, aliàs nõ propalando duo delicta cõmittit.Primũ inobedientiæ, qa
119 non paret ſuo ſuperiori.c.ij.de maio.& obed.ſm falſitatis, qa tacens †veritatem falſum cõmittit,ſicut ſi falſum diceret.c. j.de crim.fal.l.qui teſtamentum.ff.de fal. Nec obſtat ſi dicat̃ q̃ Sẽpronius habuit ſub ſigillo confeſſionis,qa licèt ſibi dictum ſit in ſecreto & ſub ſigillo cõfeſſionis,nõ tñ ſibi fuit reuelatũ vt Deo,ſed vt amico affini,quo caſu dicũt Inn.Car. Pan.& alij
120 in d.c.oĩs.q̃ †talis amicus poteſt cogi teſtificari,qa aliud eſt ſigillum confeſſionis,aliud ſigillum ſecreti.& idem tenet Pã. in d.c.ſi ſacerdos.& in d.c.dilectus.& ita p plura firmat Felyn. poſt Pan.in c.intimauit.de teſti.& ita ẽt conſuluit Card. cõſi.
121 38.quidã hñs vnum filiũ.¶In c̃rium q̃ non teneat̃ reuelare facit.quia ſciens alium iuſto & debito iure rem detinere,non tenetur reuelare,ſm Claua.in ſua ſumma.§.furtũ.verſ.xlj.& li-
122 cèt ipſe nõ dicat,ſatis ꝓbatur,qa †edictum c̃ detinentes de[illegible]gi de detinẽtibus iniuſtè,aliàs eſſet notoriè iniquũ & iniuſtum,& c̃tineret manifeſtũ iuris errorẽ, quo caſu nõ ligat.c.ptuas.de ſent.exc.c.venerabilib.§.pen.eod.tit.lib.vj.c.cũ cõtingat.vbi Pan.in pen.not.de offic.deleg.c.ab excõicato. de reſcrip.Sed in caſu præſuppoſito Titius licite detinet hãc ſummam ſibi cã mortis donatã:ergo &c.Et dato,q̃ hmõi ſcriptura fortè non probet in foro fori,tñ in foro poli,& in foro con
123 ſcientiæ,de quo quæritr̃,†oĩs q̃ hẽt voluntatem defuncti pro ſe,licèt non ſolennẽ,pòt ſibi relicta retinere,ſm Inno.& Can. in c.quia pleriq;.de immun.eccl.quẽ ſequunt̃ Bald. Alexan.& Mod.in l.nemo põt.ff.de leg.j.¶Scdò pro hac parte facit, quia
124 †edictũ in genere c̃ ſcientes intelligit̃ de his, q̃ probare poſſunt,q̃ ipſi ſciunt,& denunciare iubentur.c.placuit.vj.q.ij.c.ſi peccauerit.ij.q.j.c.plerũque.ij.q.vj.gl.in c.ſi ſacerdos.de pœni. diſt.vj.& ita in ſpecie c̃cludit Car. Alex.poſt gl.in c. nerui. xiij. diſt.allegãs idẽ tenere S. Thomam.& idẽ Clau. in ſua ſumma.
125 §.denunciatio.verſ.ſi.nam†boni viri tacent qđ probare nõ poſſunt.d.c.plerũque.Bene facit qđ decidit Fel. in d.c.de cæte
126 ro.§.ſi.de re iudi.†Vbi cõcludit q̃ c̃ſtitutiones epiſcopi, vel Papæ mandantes quibuſcunque ſcientib.aliquẽ tenere & poſſidere beneficium cũ ſimonia,vt debeant propalare ſub pęna excõicationis latæ ſententiæ, non ligat ſcientes,qui non pñt
127 fidem facere.Et ſciens † proditionem tractatam c̃ principẽ, q̃ probare nõ pòt,ſi tacear,nõ incidit in pœnam.l. quiſquis.C. ad leg.Iul.maieſt. ſm Ang.in tract. malef. & iſtã partẽ in caſu præmiſſo latius c̃ſulendo cõprobaui.¶Ad contraria reſpõdebam,ad primum,q̃ ſit parẽdũ præcepto ſuperioris,patet ſolutio,qa preceptũ nõ intelligit̃ emanatũ cõtra detinẽtes iuſto titulo,nec c̃ ſcientes detentionẽ,quã probare non poſſunt.Nõ
128 obſtat q̃ ſit†falſarius,q̃ tacet veritẽ,q̃ ꝓcedo in eo qui iurauit dicere veritatẽ,in aliis non,ſm gl.in c.ne qs arbitretr̃. xxij. q.ij.per quã ita dixit dom.Iaſo.in l.j.in fin.ff.ſi ex nox.cauſ.aga. ¶Non obſt.deciſio Inno.& ſeq.in d.c.oĩs.qa cõcedo quòd requiſitus vt ferat teſtimonium,tenetur dicere q̃ ſibi dicta ſunt ſub ſigillo ſecreti,ſed tñ non tenet̃ denunciare. Aliud eñ eſt denunciare,aliud teſtificari. ¶ Duodecimò,requirit̃ q̃ ſit lachrymabilis ex corde,vt ſ. dixi:nam vera pœnitentia eſt dolor cordis & animæ amaritudo.c.ecce de pœni.diſt.j. Rugiebam, inquit Pſalm.à gemitu cordis mei de pœnit. diſt.iiij.c. ille rex.
129 ¶Decimotertiò,†accelerata eſſe debet, quia neſcimus qua hora dñs noſter vẽturus ſit.Et quis ſcit,an adiiciant hodiernæ craſtina vitæ,tempora dij ſuperi? Acceleret ergo peccator, nec expectet qñ peccare non pòt.Arbitrij quærat libertatem, vt delere poſſit commiſſa non neceſſitatẽ.Quem eñ morbus vrget,& pœna tenet ad veram vix venit ſatisfactionẽ,ſm Aug. in lib.de Pœnitentia tranſumptiuè in c.nullus de penit.diſt.vj. Si tamen in vltimam neceſſitatem conſtitutus ad Deũ cõuertatur per contritionem & cõfeſſionẽ Deus cõuertetur ad eũ, qa quacũque hora ingemuerit peccator amplius,inquit Dominus,iniquitatum eius non reminiſcar.ſed vt dicit Aug.vix eſt vt ad verã perueniat pœnitentiam.Meritò Aug.dicere ſolitus erat,Non dico tibi damnabitur,ſed nec dico ſaluabitur. Vis ergo à dubitatione reſolui,vis à peſte pſeruari, age pœ i tẽtiamdum ſanus es,ſi hoc agis,dico q̃ ſecurus es, qa pœnitentiam egiſti,qñ peccare potuiſti.ſi aũt vis agere pœnitentiam,qñ iam peccare non potes,re peccata dimiſerunt, non
130 tu illa.c.ſi quis.de pœnit.diſt.vj.Et †ꝓpterea ſtatutum fuit, q̃ quilibet teneatur ſemel in anno confiteri.d.c.omnis. Monachi aurẽ tenent̃ cõfiteri ſingulo menſe ſemel ſaltem.clemne in agro.§.ſanè.de ſtat.regul. Ex quo apparet peccatorem non teneri ilicò poſt commiſſum reatum illi confiteri.Sunt tamen quidam caſus,in quibus data opportunitate tenetur ſtatim confiteri,quos refert Claua.in ſua ſumma.§.confeſſio ſacramentalis.verſic.xxx.¶Decimoquartò,fortis eſſe debet aduerſus verecundiam,q̃ peccatori taciturnitatem imperat.
131 l.ſi.ff.de furt.Hæc † eñ verecundia,ſm Philon.iiij. ſenten-
132 tiarum,non conuenit viris.¶†Decimoquintò,accuſans & non excuſans,vt dixi in ſexto requiſito.Accuſans ſcilicet ſeipſum non alios vt faciunt loquaces fœminæ,q̃ vicinarum errores vnà cum ſuis enunciant,& malè,vt in vij.requiſito de-
133 duxi.¶Vltimò debet eſſe parata parere,nam†pœnitens debet exhibere ſe paratum ea facere,iubente ſacerdote,pro recipiẽda vita animæ,quæ faceret pro euitanda corporis morte,& ea faceret immortalis futurus,quæ faceret pro.differenda morte moriturus.c.conſideret.de pœnit.diſtin. v. Datum
134 enim † eſt à lege ſacerdoti arbitrium iniungendi pœnitentias.c.menſuram,de pœnit.diſtin.j. ca. tempora pœnitudinis. xxvj.quæſt.vij.& ei conceſſa fuit poteſtas diſpenſandi cõtra canones pœnitentiales,ſecundum Panor in c. at ſi clerici.§. de adulteriis.colu.ij de iudiciis.Qui debet arbitrium ſuum regulare ſecundum arbitrium boni viri & ex cauſa diſpenſare.
135 Et dixit Panor.in c.Deus qui.de pœnit.& remiſſio.quòd†ſacerdotes dicuntur comedere peccata populi, quia eorum orationes & bona opera valent ad remittendam pœnitentiã
136 peccatorum.c.ipſi ſacerdotes.ij quæſtio.j.¶Sed quid† ſi ſacerdos iniquè arbitretur,vel ſine cauſa diſpenſet,an confeſſus erit tutus quò ad Deum.Gloſſ.in capi.menſuram.de pœniten.diſtinctio.j.quam ſequitur Panorm in dicto.cap.Deus qui.diſtinguit aut confeſſus credebat confeſſorem eſſe peritum,& erat paratus ſuſcipere iuſtam pœnitentiam,&tunc excuſatur.

cusatur. Aut sciebat eum esse ignorantem, & tunc peccata dimissa erunt, sed perficiet in purgatorio condignam pœnitentiam. idem tenuit gl. in extrauag. antiquorum in ver. cõfessus. quæ tenet confessum fore absolutum quo ad pœnam æternã propter fidem sacramenti, licet teneatur in hoc seculo vel in purgatorio facere debitam pœnitentiam. ¶ Aduertet ergo sacerdos qualiter arbitretur. Melius, enim est redarguide misericordia quàm de sęuitia, nam si graue pœnitentiæ pondus imposuerit, aut pœnitens reiiciet pœnam, aut suscipiens dum sufferre nõ põt scandalizabitur, & magis ad peccatũ pronus erit.
137 c. alligant. xxvj. q. vij. ¶ † Nec auferant sacerdotes in pœniten-
138 tia iniũgenda, vt iusti appareant. Sed talem † imponant qualem præsumant peccatorem posse peragere. cap. ij. de pœnit. &
139 remis. vnde † reprehendendus est qui iniũgit pœnitentiam peccatori, quam verisimiliter arbitrari potest eum non factu rum. cap. pœnitens. 50. dist. quam ad hoc no. Felyn. in c. scribebam. de præsum. Ideo considerabit ætatem confitentis. d. c. tẽpora plenitudinis, qualitatem ipsius. an delicatus sit an robu-
140 stus. cap. deus qui. de pœnit. & remis. & ad † contritionem diligenter aduerter, quia posset esse tãta, quòd absolui posset cõtritus & confessus absque vlla satisfactione exterioris pœnitentiæ, fm gl. o. in c. baptismi vicem de consecr. distin. iiij. & in extrauag. antiquorũ. de pœn. & remis. Host. & Pan. in d. c. Deus qui. & Archi. in §. si ergo. xxv. q. j. qui dicit se audiuisse à Theologis qui melius sciunt q̃ iuristæ q̃ tãta posset esse peccatoris contritio, q̃ propter maximam creatoris misericordiam peccator absque vlla pœnitentia exteriori & pœna purgatorij vi-
141 tam æternam consequi poterit. ¶ † Sed quid si sacerdos fuerit iniquè arbitratus. an poterit arbitrium reuocare, & aliam iniungere pœnitentiam? Videtur quòd sic. arg. l. quod iussit. ff. de re iudic. In contrarium facit text. in l. iudex posteaquam. ff. eo. tit. ¶ Reperio gl. o. in cap quod super his in ver. impotẽs. quàm ibi sequuntur d. Ant. Pan. & *communiter* alij de voto & vot. redemp. tenere quod possit reuocare & pœnitentiam
142 commutare, & sic sententia † confessoris videtur interlocutoria, quia potest reuocari. d. l quod iussit nam etiam in foro fori pœna potest auctoritate principis commutari. l. acta.
143 §. de amplianda. ff. de re iud Quinimo † absente confessore posset confessus non valens facere iniũctam pœnitentiam propria auctoritate illam commutare capit. licet vbi Host. &
144 Pan. de pœnitent. & remissi. Nec † potest sacerdos exigere cautionem à pœnitente de adimplendo pœnitentiam, ad quam peragendam monendi sunt peccatores, non cogendi. c. fin. de tempo. ordi. nisi pœnitentia publica imponatur pro manifesto peccato, tunc exigi poterit à peccatore pœnalis cautio. fm Pan. in c. literas. per illum tex. in pen. nota. de præsum. Et licet iudex suspectus possit recusari l. apertissimi. C. de iudi. c. cũ non speciali. & c. postremo. de app. ca qđ suspecti. 3.
145 q. v. tñ in † foro pœnitentiali, vbi de pnia iniungenda tractatur, nõ põt sacerdos vt suspectus recusari. qa si maiorẽ q̃ debeat pœnitentiam imponat, vtile erit animæ peccatoris si eã peragat, quã si pagere nõ possit, illam peragat quam ferre potest, fm Gemi. in c quia plerique. de offi ordi. libr. vj. inferens
146 post Arch. q̃ † inquisitores nõ possunt recusari tanq̃ suspe-
147 cti, quãdo agit vt imponat pœnitentia pro peccato. Et † vbi agitur de imponenda pœnitentia, ordo iuris & iudiciorũ solẽnitates omitti possunt. c. cũ l. & A. vbi Fely. col. iij. ver. no. 4. post Pan. de re iudi. ¶ Sed iam satis arbitror patere qualiter vulnera sint detegenda. Nunc opere precium est demon-
148 strare oleum virtutis, & herbã salutis. Optimi † mores sunt oleũ virtutis. Matthæi. xxv. Prudẽtes virgines acceperũt oleũ in vasis suis cum lampadibus. Oleum, id est candidos mores:
149 in vasis suis, id ẽ in cordibus suis. c. j. d. sacr. vnct. ¶ † Eleemosyna autem est herba salutis. Sicut. n. in præceptis medicinę medicamentũ quidem herbas multas accipit, vnã autem dominatissimam. Sic pœnitentia cæteris potentior & dominatior est herba, quam elemosynam dicimus, vnde scriptura diuina inquit, date elemosynam, & omnia munda vobis erunt. c. medicamentum. de pœni. distinct. j. Ex his oleo & herba commixtis conficitur emplastrum. Non. n. infirmo sat esset eleemosynis vacare, si multis iniustitiis deseruiret, vel forte linguam in detractionibus exerceret, aut alio virij genere animam macularet. c. Titius. de pœni. distinct. ii. Ambo autem vnita & simul incorporata optimum faciunt medicamentũ.
150 ¶ † Veniunt autem, & incorporantur ieiunio, quod men-
151 tem eleuat, virtutem largitur & præmia. ¶ † O sacrum ieiunium, o abstinentia virtutum triumphatrix & regina, tu dæmones comprimis, tyrannos confundis, fortissimos ferarum vngues excludis, leonum ora contundis. Magna est ieiunii, & speciosa militia, fm Ambro. ieiunium mentes purgat, sensum subleuat, carnem spiritui supponit, cor contritum facit humilitatum, concupiscentiæ nebulas dissoluit, libidinem extinguit, castitati lumen portat, verbositatem non amat, humilitatem commendat, hominibus denique præstat vitam beatam fm August. Vniuntur etiam & incorporantur domini timore, qui mortem & pestilentiam non seruantibus mandata minatur. Vnde alta voce cantat Psal. Initium sapientiæ est timor domini. Vel cogitatione mortis vniuntur. Recordare nouissi-
152 matua & in æternum non peccabis, assidua † enim mortis meditatio summa est philosphia. Mortis commemoratio omnia mundana ostendit esse vana. Quid pius Æneas, quid diues Tullus, & Ancus? Puluis & vmbra sumus. Dicas quæso inquit Bern.) vbi sunt amatores huius mundi, qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt? Considera quid sint & quid fuerint. nihil ex eis remansit nisi cineres & vermes, homines tamen fuerunt, sicut tu, comederunt, biberunt, riserũt, duxerũt in bonis dies suos, & in puncto ad inferos descenderunt.
Quid profuit breuis lætitia, inanis gloria, mundi potentia, carnis voluptas falsæ diuitiæ, magna familia, mula concupiscentia, vbi risus, vbi iocus, vbi iactantia, vbi arrogantia? De tanta lætitia, quanta tristitia: post tantam voluptatem, quanta miseria: nihil eis accidit, quod tibi accidere non possit, quia homo es, homo de humo, & limus de limo.
¶ Iam, vt arbitror cognoscitis oleum virtutis & herbã salutis. Iam, vt credo, didicistis incorporale emplastrum. Restat si vultis à pestę liberari q̃ super apostema emplastrum imponatis, non amouendum donec in hac infirmitatum valle permanseritis. Persiste ait Augusti. & bonam vitam, quam accepisti, tenere non desinas, propositum tuũ vitæ continua rũgiter: nam qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit. Matthæi. x. Qui autem emplastrum illud à se amouerit, proculdubio peribit. Niniue prædicante Iona meruit veniam. Sed quia iterum ad vomitum rediit, passa est ruinam. c. sicut. de pœnit. distinct. iij. Agamus itaque pœnitentiam, conuertamur ad dominum, qui sanat contritos corde, & ipse liberabit nos à peste, nec amplius patietur flagellum appropinquari tabernaculo nostro. Longitudine dierum replebit nos, & tandem si mãserimus in Christo & verba sua seruauerimus, videbimus gloriam Dei & regnum possidebimus paradisi. Vbi sensus amicitia, concordia, plena potestas, pax secura, decus & gaudia sunt animabus. Et vbi corpora sanctorum fulgebunt fortia, pulchra, libera, sana, sita, sine fine manentia læta. de pœniten. distinctione quarta, c. si ex bono. §. denique, & §. finis. Laus Deo & eius immaculatæ genitrici, cuius intercessione dignetur omnipotens & misericors Deus nos à pestę & omni malo defendere.

RES-

RESPONSA IOAN. FRANCISCI

RIPAE, IVRISCONSVLTI EXCELLENTISSIMI

IN PRIMVM LIBRVM DECRETALIVM.

Nunc postremò maiori quàm hactenus vnquam factum sit diligentia recognita & castigata incipiunt fœliciter.

De constitutionibus & statutis.

RESPONSVM PRIMVM.

STatutum Remouens appellationem à sententia,vel simpliciter, licet intelligatur de diffinitiua,& non interlocutoria,tamen in ꝓposita qõne statutum appellationem ab omni ꝓcessu remouet ,quare & appellationem ab interlocutoria remouere constat,& ideo à diffinitiua remouetur ꝓpter celeriorem litium expeditionem.quæ ratio inutilis foret, si ab interlocutoria appellare liceret:nã magis militat in interlocutoria quàm in diffinitiua, & prẽsertim cum appellatio de qua agitur,inanis sit ,quia à nullo grauamine est interposita. Nec per denegationem publicationis testium pars eos producens grauata dici potest.Sed potius pars aduersa,quę nihil contra personas ac eorum dicta opponere potuit.Et cum publicatio etiam non fuerit legitimo tempore petita,meritò Iudex eandem non admisit.Nullo etiam iure sententia nulla dici potest,tanquam lata non visis testibus, iuxta *cõmunem* sen-
§o tentiam:quia non Iudicis negligentia,sed partis videri non potuerunt,cui meritò adscribendum est.

SVMMARIVM.

1 *Statutum remouens appellationẽ simpliciter,solùm intelligitur remouere appellationem à diffinitiua.*
2 *Statutum remouens appellationem à diffinitiua , ex mente eiusdem etiam ab interlocutoria appellationẽ remouere censetur,ne cõtrarietas in ducatur.*
3 *A denegatione publicationis testium licite appellari potest ,si producens publicationem petierit.*
4 *Publicatio testium non petita tẽpore in rescripto cõtento,iustè denegari potest,nam iniuriam non facit qui ius exequitur.*
5 *Rescriptum subreptitium non valet.*
6 *Tertius subrogatus sapit naturam subrogati.*
7 *Testes non publicati nullam fidem faciunt.*
8 *Appellatio frustratoria de iure reijcienda est.*
9 *Sententia lata non visis testibus ob negligentiam iudicis , est nulla, secus si ob negligentiam partis videri non potuerunt.*

Qui veritas est,me in viam dirigat veritatis.

Respon. interpretatio.

ARticulus Decidendo breuissimus est Iudex integerrime,& Iurisconsultorum Tinensium (pace dixerim) nulli secunde: ꝓpterea omnium allegationum pompa omissa, breuibus subtilia motiua resoluere conabor.

¶ Et primò non obstat decisio Perusini in c. pastoralis.de appellã.col.viij.in vj.q.disponens , ꝙ si statutum remoueat appellationẽ à sententia,vel simpliciter,ꝙ intelligitur solùm re-
1 mouere † à diffinitiua,non ab interlocutoria,quia statutum nostrum remouet etiam appellationem à processu : & si non sumus in decisione prælegata.ꝙ autem ita sit, videãt verba statuti.Cantant enim hoc modo, ꝙ ꝓ Vicariũ ad instantiam litigantiũ, vel alterius cuius interierit,debeat procedi,cognosci,& terminari, appellatione, & querela qualibet remota.illa.in declaratio appellatione remota , respicit plura determinabilia,scilicet processum & sententiã, ergo pariformiter de hoc determinare,ita ꝙ appellatio intelligatur remota à processu,per regulam l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.substit. cũ concord.quę regula habet etiam locum in statutis, secundũ Angel.consil.143.incip.tria sunt.in fin. & dicit Barto. in l.iiij. §.eritque differentia.ff.vi bono. raptor. quòd quoties plura reguntur ab eodem verbo , quòd qualitas quæ respicit illud verbum,vniformiter respicit quo ad omnia , quæ in eadem oratione ponunt. & Bar.ibi loquitur in materia statutaria. Et secundò respondetur,ꝙ licet statutũ non remoueret appellationem à processu,tamen est remota per l.ante sententiæ.C.quo.appel.non recip.& per aliud statutũ,siue decretũ. Et si dicatur,immò non est remota,quia l.ante sententiæ.nõ habet locũ quando grauamen non est reparabile per appellationem à diffinitiua.ſm Bart.in l.ante sententiã.ff.de appe. recip.Respondetur,ꝙ doctr.Barto.& aliorũ loquitur in diuersis terminis,videlicet,quando est concessa appellatio à diffinitiua , sed grauamen est tale quod non potest per appellationẽ reparari,vt est quæstio serui,vel alterius hominis , sed vbi statutum tollit appellationem à diffinitiua, ꝙ censeatur appellatio permissa ab interlocutoria,certè nullã lege bene probari potest.Immo contrarium videtur verius,quia statutum inductum ad correctionem iuris permittentis appellari
2 posse à diffinitiua,vt sic lis citius expediatur,operaretur † cõtrarium,si censeretur concedere appellationẽ ab interlocutoria.contra regulã l.legata inutiliter ff.de admen. lega. *Itẽ* tale statutum extenderetur ad correctionem iuris. contra l.j. C.de inoffi.doti.& c.cum expediat de elect.lib.vj.extenderetur enim ad correctionem d.l.ante sententiæ.C. quo.appell. non reci.& alterius statuti.Vel tertiò respondetur,ꝙ si ratio quare fuit remota appellatio à diffinitiua,militat in appellatione ab interlocutoria runc statuens censetur etiam remouere ab interlocutoria ſm Paul.de Cast. consil. 24.viso puncto.vol.ij.& sequuntur Perusi.in d c.pastoralis.in vj. quæstio. modo si rectè intueatur statutũ,videtur ꝙ tollat appellationẽ à diffinitiua ꝓpter celeriorẽ expeditionẽ litiũ,vt colligit ex illis verbis,q̃ summarius,& expediti⁹,&c.sed ista ratio magis militat in appellatione ab interlocutoria , ergo &c. Vel quartò,appellatio frustratoria à nullo grauamine censeẽ vnquam permissa.c.cũ appellationibus frivolis.de appell.in vj. sed ista fuit frivola,& à nullo grauamine interposita.vt ꝙ probabo,ergo &c ¶ Et dum postea subdit.M.V.ꝙ saltem debuit posse appellari tanquã à notorio grauamine, de quo dicitur in actis constare,quia iudex denegauit publicationem testiũ. Respondeo primò.ꝙ pars aduersa in hoc non potest dici grauata,cum ipse produxerit testes,sed potius videtur ꝙ sit pars mea,quę debebat opponere contra ꝑsonas & dicta testiũ. ex hoc enim ꝙ testes non fuerunt publicati,nõ lædit pars ꝓducens testes,sed lædit pars contra quã producuntur,quia ꝑ denegationẽ publicationis tollit sibi facultas opponendi contra dicta& personas.non autem tollitur parti quæ testes produxerat,quia contra eorum dicta & personas nihil potest pars producere,vel opponere,c.de testibus,vbi Panor. colu. ij.de testibus.Vel secundò respondetur,ꝙ illud quod dicitur ꝙ à denegatione publicationis testium potest appellari , in-
3 telligitur si pars † publicationem petierit.Ita Felyn. in c.cum I.& A.de re iud.hic autem non fuit petita,ergo &c.& si dicatur,immo fuit petita die xix.Ianuarij,tunc ego respõdeo , ꝙ non fuit petita legitimo tempore,quia non fuit petita in termino quindecim dierũ prorogato per rescriptum,ita quòd non erat saluum ius reprobandi parti meæ in ipso termino,
4 & sic non erat seruata † forma rescripti.meritò iudex potuit denegare publicationem,nec denegando partem grauauit, quod demonstratur apertius,qui iuris dispositionem exequitur,grauare partem non videtur.c.nouit.de appel.iuris enim exequutio nullam habet in se iniuriam.l.iniuriarum. §.j.ff.de iniur.modo cum in termino triũ mensium per statutum limitato non ostenderit de iure suo,quia in eo termino nullos testes produxit,meritò stante statuto potuit iudex & receptionem,& publicationem testium denegare,tanquã post terminũ ꝓducti.l.scire.§ consequens.ff.de excu.tu.Bar. & alij in l.fi.ff.de iniur.Immo si admisisset , potius diceretur grauata pars in ea,ſm Barto.in d.l.ante sententiam.col.fi.ff. de appel. reci.& si dicatur,statuẽtium terminus fuit prorogatus per rescriptum

scriptum. Rñdetur, ꝙ subreptitium † est rescriptum, & ideo non valet. c. super literis. de rescrip. non enim fuit expressum principi in supplicatione, ꝙ hæc esset causa cridarũ, & ꝙ statutum assignaret tam longum tempus, scilicet tres mẽses pro termino ad ostendendum de iure suo. Item non expressit, ꝙ elapso dicto termino trium mensium statutũ denegaret posteà audientiam. licet ergo in genere fuerit narratum de statuto, & facta mentio facti, tamen ex quo nõ fuerunt expressæ qualitates facti, nec statuti, rescriptum tanquam subreptitium inualidum censeri debet. secundum glo. in c. dilectus filius ꝑ. & ibi Fel. de rescrip. Et propterea Lud. Rom. consi. 229. col. ñ. concludit, ꝙ non valet rescriptum impetratum super absolutione iuramẽti, licet sit facta mentio de iuramẽto, quãdo fuerat iuratum etiam non petere absolutionem, quia omnes qualitates non fuerunt expressæ, & dixit Bal. in l. præscriptione. col. ii. C. si contra ius. quod rescriptum impetratũ super compositione condemnationum non valet, si non fuit expressa causa condemnationis. sequitur Alex. consi. 114. incip. ponderatis his. in j. vol. & idem Bal. in l. eã quã. C. de fidei com. dicit ꝙ nõ valet legitimatio facta de spurio, nisi fuerint expressæ omnes qualitates spuretatis. & sequitur Cu. senior consi. 35. col. viij. & est ratio, quia generalitas parit obscuritatem, & magis adducit vitium subreptionis, quàm tollat. vt in specie concludit Franc. Curt. in d. consi. 35. col. 7. & consi. 50. & consi. 73. vel posito ꝙ rescriptum valeret (quod non creditur) tamen ex quo terminus rescripti, erat terminus prorogatus, seu prorogato loco termini statutarij, certè in tali termino prorogato debebat Nechus ius suum ostendere prout tenebatur in termino statutario, quia prorogatio facta intelligitur cum suis qualitatibus, ſm Bartol. l. j. §. & post operis. ff. de oper noui nunci. & tex. in l. lecta. vbi Alex. colu. v. ff. si
6 cert. pet. vel si est terminus † subrogatus tanquã subrogatus sapit naturã. l. si eum. § qui iniuriarum. ff. si quis cau. Sed Nechus nec etiã in termino rescripti subrogato ius suum ostendit, ergo &c. & si dicatur, testes produxit. dico ꝙ per hoc nõ
7 dicitur ius suũ ostendisse nisi ipsis publicatis quia † testes nõ publicati nullam fidem faciunt. Bar. in l. gesta. C. de re iudi. & si dicatur, quo ad iudicem sunt semper publicati, dico ꝙ non sequitur, ergo iudici ostendit ius suum cum pars non possit opponere contra dicta & personas testium, & ea inualidare. & propterea Saly. in l. fi. C. de fide instrum. & Bar. in extrauag. ad reprimendum. dicũt, ꝙ instrm nõ dicetur fidem facere iudici, nisi data copia, & assignato termino ad opponendũ: sic ergo per exhibitionẽ testiũ nõ dr̃ fides facta iudici, nisi termino dato ad opponendũ. cũ ergo Nechus in termino nõ fecerit testes publicari, nec terminũ parti meæ statui ad opponẽdum, immo nec publicari perierit, certè non potest dici in termino ostendisse ius suũ. Præterea, stante practica & stylo nostro, ꝙ testes examinẽtur per interrogatores electos de consensu partiũ, non dicuntur etiã testes publicati iudici, nec ẽt ꝑt dici, ꝙ iudex sciat dicta eorũ, & sic ꝙ ipsi iudici fuerit ostẽsum de iure suo, nisi essent publicati. Ita Ang. in l. ꝑlatã. C. de sen. cuius dictũ est rationi congruũ valde. Præterea statutũ ñ dicit ꝙ sufficiat iudici ostẽdere ius suũ. debet. n. etiã pars litigans scire qd aduersarius ꝓ eum intendat. vel dato etiã ꝙ prędicta nõ militarẽt, examinare i termino tñ certè debuit saltẽ Nechus testes suos rali tpe examinari & publicari facere, qđ parti meę esset saluũ ius in ipso termino reprobãdi, iuxta formã rescrip. Sed Nechus examinari fecit testes suos i fine termini. adeo ꝙ ẽt si pars mea voluisset, nõ poterat opponere. Sed nec in termino vnquã publicationẽ petijt, ergo &c. cum ergo Nechus nec in termino de iure suo non ostẽderit, vel si ostẽderit, ius reprobãdi saluũ nõ erat parti meæ, sequit ꝙ nõ admittẽdo publicationẽ. ꝑ ꝓcessum ad vlteriora, nõ dicitur
8 ipsum Nechũ grauasse, merito ꝑ appellationẽ tanquã † frustratoriã & à nullo grauamine interpositã reiecit, & quod est frustratorium, nõest ꝑ M. V. admitten. Stantibus præmissis tolli tur etiã vltimum motiuũ, vnde dicitur, ꝙ sententia lata est nulla, tanquam lata nõ vtis testibus Nechi. iuxta doctr. Bar. in d.
9 l. ꝑlatã. quia rñdetur, ꝙ illa doctrina nõ ꝓcedit quãdo † pars cuius testes fuerunt maximè fuit negligẽs in producẽdo, & eius iudici ostendendo, vt fuit Nechus. Ita Fely. in cap. eccle. tia sanctæ Mariæ. in prima fallen. de consti. Laus Deo.

RESPONSVM. II.

POssessori Super suo beneficio litem habẽti, qui altari seruit, & horis vacat canonicis, quotidianæ distributiones non sunt denegandæ. Quamuis ecclesiæ statutum disponat, quod capitulum non teneatur beneficiato litem habenti responderede fructibus, reditibus, & obuentionibus quibuscumque, quorum significatione quotidianæ distributiones minimè demonstrantur. Quæ si seruientibus subtrahantur, diuinum cultum subtrahi aut minui necesse est.

SVMMARIVM.

1 *Citatio legitimè executa, non inducat litis pendentiam.*
2 *Fructuum obuentionum appellatione, non veniũt distributiones quotidianæ.*
3 *Super statuto ab vsu non recepto, nullum fundamentum fieri potest.*
4 *Iuramentum factum super obseruatione statutorum, non extenditur ad statuta moribus vtentium non recepta.*
5 *Confirmatio statutorum, ad statuta non recepta, porrigitur.*
6 *Confirmatio statutorum à superiore simpliciter facta, non impedit, quo minus statuentes potuerint prædictum statutum tollere.*
7 *Spoliatus ante omnia venit restituendus.*
8 *Restituere fructus tenetur qui ausu temerario eos percepit.*

Respon. interpreta.

IN sequendo Schedulam productã contra d. Ant. Galiardi, demonstrabo ipsum d. Ant. fore restituendum ad quasi possessionem iuris percipiendi distributiones quotidianas, quæ canonicis diuinis interessentibus debentur, non obstantibus deductis in ipsa Schedula. ¶ Fundamẽtũ d. Prępositi. & ꝙ capitulũ, seu ecclesia. l. Desiderij, non teneat̃ alicui bñficiato litẽ habenti super suo beneficio rñdere de fructibus, reditibus, & obuentionibus quibuscunq;. nisi talis litigans fuerit in possessione pacifica per sex menses ante litẽ motã. Dr̃ aũt, ꝙ d. Ant. habet litẽ super suo canonicatu. cum d. Ant. Tertullio, motã anꝙ esset ī possessione pacifica, per sex mẽses. ergo &c. Istud fundamẽtum tollitur, & subuertit̃ pluribus rationibus. Et primò, quia probatũ non fuit, ꝙ dictus Galiardi hẽat litẽ super suo canonicatu. Licet. n. dicatur, ꝙ per citationẽ le-
1 gitimè executã, inducatur † litis pendentia, quãtum ad effectum, vt interim nihil sit innouandũ. clemen. j. vt lite pend. Istud tñ sanè intelligendum est, videlicet, si dummodo facta fuerit relatio citationis iudici citati. ſm Car. zab. ibi in vlt. q. quia nõ sufficit ꝙ q. fuerit citatus, nisi iudici ꝓstet hæc aũt. §. j. ff. quibus ex cau. in possessi. eat. Fortius dico, ꝙ non dr̃ inducta litis pendentia, ẽt per citationem executã. & iudici ꝓsentatã, nisi actor (ad cuius instantiam facta fuit citatio) comparuerit in termino citationis: quia si non cõpareat, circunducit̃ citatio. l. ad perẽptorij. ff. de iud. & ibi Bal. & Pau. de Ca. no. Facit tex. in c. j. de do. & cõtu. lib. vj. Licet ergo appareat de citatione, & citationis intimatione facta dicto Galiardi, tñ quia nõ constat, ꝙ citationis executio [illegible] præmissa, & ꝙ nõ constat, ꝙ actor in termino coram iudice se prẽsentauerit, non põt dici ꝓstare de aliqua litis pẽdentia. ¶ Secundo, qa statutũ priuans beneficiatos habentes litẽ super beneficijs, à quibuscunq; fructibus & obuentionibus, & nõ debet hãc interpretationẽ recipere, vt ẽt priuet canonicos residentes di-
2 stributionibus quotidianis. Tum qa † appellatione fructuũ, & obuentionũ, nõ continent̃ distributiones quotidianę. quę ꝑ diurno labore interessentibus debent̃, vt est tex. in c. licet. de præben. & firmat Gemi. consi. 75. colu. iij. & consili. 153. ad fin. & maximè in casu huius statuti odiosi, & cõtra ius, quod strictè venit interpretandũ. l. ij. cũ gl. C. de noxa. c. cũ dilectus. de ꝓfue. Tum ẽt, quia maximũ sequeret̃ absurdum, si de distributionibus quæ seruientibus debentur, intelligeret. Nã si cõtingeret oẽs canonicatus fore litigiosos prout possibile est, & de facili cõtingibile, cũ hodiernis tẽporibus vix sine lite beneficiũ acquiratur, si nullus esset q distributiones percipere-t pp litis pendentiam, desereret cultus diuinus, quia etiam nullus esset qui ecclesiæ in diuinis vellet deseruire, cũ sciret se ex seruitio altaris viuere non posse. arg. cum secundum. de præben. Nam gratis pœniret esse pium. ca. si quis. j. q. i. c. habebat. xij. q. i. Immo dici fortè posset, ꝙ statutum ita generaliter intelſm nõ valet. tanquã ꝓ vtilitatem ecclesiæ. c. j. de his, quæ fiunt à maio. par. cap. c. j. de consue. ¶ Tertiò, quia (vt mihi ꝓsupponitur) prædictum statutũ nunquam fuit moribus vtẽ-
3 tium comprobatum. Vnde super tali statuto ab vsu non † recepto, nullum põt fieri fundamentũ. c. in istis. §. legis illi. dist. traditur per gl. Pau. & alios in c. j. de treuga & pa[illegible] per Cu. consi. 259. impugnant̃ electio. & alibi sępe. ¶ Non ob. ꝙ dic. Galiardi iurauerit seruare statuta ecclesię, tam edita, quã edẽ-
4 da, quia tale iuramentum † non extenditur ad statuta moribus vtentium non recepta, vel contraria consuetudine abrogata. ſm Bald. in prełudijs Feudor. colu. v. verſi. item nos dicimus. per text. vbi Imo. & alij in c. j. de his quæ fiunt a maio. par. cap. Item non extenditur ad statuta edita con[illegible] ecclesiæ, vt est ꝓsens statutũ. si ita crudè intelli[illegible]

de iureiu.lib.6.¶Nō etiā obstat,q̄ d.Rutinen.Episcopus *Vice*legarus q̄firmauerit statuta p̄dictæ eccleſiæ,qa talis cōfirmatio† ad ſtatuta non recepta,vel aliàs abrogata nō porrigitur: quia nō ſunt amplius ſtatuta,ſm gl.ſing.vbi Bar. & alij in l.ſi quis priore.ff.ad Treb.facit,quia generalis ſtatutorum cōfirmatio nō trahitur ad ſtatuta inualida,ſm d.Ale.conſi. 59,col. 4.lib.j.& fuit deciſio Inno.Ioan.Andr.& aliorū in c. dudum. de deci.cum concor.allegatis per Iaſ.in l.quanquam.C.de te ſtamili.¶Præterea confirmatio ſuperioris, ſimpliciter facta † ab eque clauſula decreti(vt eſt huiuſmodi)non impedit,quo minus ſtatuentes potuerint,prędictum ſtatutum tollere,vt p̄ Pan.in c.cum acceſſiſſent.de conſti.& licet impediat ſtatutū tolli per vnicum vel binum actū p̄rium,non tamen impedit, quòd per contrariam conſuetudinem tolli non poſſit,ſecundū cōmunē Doc.ſnīam licet aliqui requirant lapſum ann.40. vt per Fel.in d.c.j.verſ.ſeptima,& vltima declaratio.de treug. & pace.¶Inſuper R.D.Vicelegat⁹ reſeruauit ſibi poteſtatē aliter ordinandi,diſponendi,corrigendi,& interpretandi,& q̄d non q̄firmauit abſolutè.Vñ arbitror d.Aptenſem Vicelegatū pro ſua æquitate & eminenti ſcientia.iudicaturum huiuſmodi ſtatutū,quod eſt p̄ eccleſiæ vtilitatē,quod non fuit morib. vtentiū receptū,qd q̄ſtat p̄ria q̄ſuetudine abrogatū,qd de diſtributionib.non loquitur, nullatenus videri approbatū,nec confirmatū per illam generalem q̄firmationem do.Rutinen. epiſcopi.¶Accedat alia ratio,q̄ dictus Galiardi ſemel fuit admiſſus ad quaſi poſſeſſionē percipiendi diſtributiones quotidianas,in qua quaſi poſſeſſione perſeuerauit pacificè per mēſes & annos,vnde non debuit neque potuit de facto ſpoliari per D.Præpoſitum.Quo fit.vt ante omnia† ſit reſtituendus.l. ſi quis ad ſe fundū.C.ad leg.Iu.de vi.c.j.de reſti.ſpol.cum ſimi. ¶Nec ob.ſi dicatur ſtatutum velle,q̄ talis habens beneficiū litigioſum,teneatur reſtituere fructus:quia non propterea ſequitur ergo de facto venit ſpoliandus.c. in literis.de reſt.ſpol. præterea ſtatutū vult cum teneri ad reſtitutionem fructuū, & redituū,qui auſu temerario,& ſic ita propria auctoritate & de facto,fructus percepit.Ita.n.ſonant illa verba,†auſu temerario.clem.cupientes.de pœnis,cle j.devſu.nō autē vult eū teneri,qui de licentia &beneplacito capituli fuit ad quaſi poſſeſſionem admiſſus.Vnde concludendum eſt dictum Galiardi reintegrandum& reſtituendum eſſe ad ſuā quaſi poſſeſſionem.Et ita iuris eſſe rñdeo ego Io.Franc.Ripen.à S. Nazario, iura interpretans in florenti Academia Auenionenſi.

RESPONSVM III.

SIcut Nō poteſt à quodā moleſtari,qui per triennīū pacificè poſſedit bñficiū,ita nec in eo ſuccedens per mutationis cauſa,quia ſuum ad ſucceſſorem iure redibit beneficium,ſi ab eo euincatur permutatum.

SVMMARIVM.

1 *Iura prædeceſſorum in beneficialib.non tranſeunt ad ſucceſſorem niſi lite cœpta.& nu.2.*
3 *Præſcriptio non currit impedito agere.*
4 *Præſcribitur actio, & ius cuique cōpetens in rectoria,ſi fuerit poſſeſſa ſeptem annis cum titulo colorato.*
5 *In beneficialib.licitū eſt vti iure prædeceſſoris,quod eſt excluſiuū intētionis agentis.*
6 *Poſſeſſor triennalis pacificus,dicitur habere optimum ius in præiudiciū eorum qui ius ſuum intra triennium non deduxerunt in iudicio.*
7 *Poſſeſſor triennalis à quoquam moleſtari non debet in poſſeſſorio nec in petitorio.*
8 *Beneficium ſi ſit euictum ab aliquo,is iure redibit ad ſuum, quod titulo permutationis reſignauit.*
9 *Moleſtari quis dicitur,ſi moleſtetur,qui habet regreſſum contra eum.*
10 *Succeſſor poteſt vti defenſionib.auctoris ſui,contra quē habet regreſſum de euictione.*
11 *Proteſtatione p̄miſſa,debet agere,volens inſinuare poſſeſſori impedimentum cauſatum,ex eo quòd inſtrumentum occultabatur.*
12 *Amicus & familiaris vicarij,præſumitur ſcire collationem ſibi à vicario factam.*

Reſpon. interpreta.

IN cauſa Beneficiali vertente inter Raymundum de Suco agentem,& Iacobum Cambij ſe defendētem,illud etiam quæritur,an dictus Iacobus vti poſſit beneficio regulæ de triennali poſſeſſore,ſeu beneficio conſtitutionis Baſilienſis de pacificis poſſeſſorib. Et punctus ſtat in hoc, an Iacobus poſſit vti acceſſione ſui auctoris,qui tot annos pacificè poſſedit.Et videtur quòd non. Primò quia(vt dixit glo.in pragmatica,titu.de pacific. poſſeſs. in ver. poſſedit) in beneficialibus nihil de iure p̄deceſſoris tranſit in ſucceſſorē † niſi ſola lis incœpta,vt not.gl.in extrauag.Ioan.xxij.ſuſcepti regiminis.in ver. vacantium.Nā dicta regula continet ius perſonale eius,q̄ pacificè poſſedit,quod non trāſit† in ſucceſſorem.l.qa tale beneficium.ff.ſol.mat.*Maximè* in ſucceſſorem in beneficio, q̄ meritur ius nouū,tam reſpectu tituli,q̄ poſſeſſionis,vt not. in c. 2. vt lite pend.lib.6.Secundò,quia dicta regula non vr̄ p̄cedere dato legitimo impedimento prætendentis nō potuiſſe agere in termino triennij,vt ſonāt verba *Baſilienſis* concilij.ibi. Excepto hoſtilitatis caſu,vel alterius legitimi impedimēti.Conſtat aūt ignorantiam allegatā p̄ Raym.aſſerētem ignoraſſe vſque ad hæc tempora quis fuerit notarius q̄ ſumpſerit inſtrm collationis ſibi factæ,cauſare legitimū impedimentum ,quia ſine inſtrumēto collationis nō potuit tutor agere. Impedito autē agere† nō currit præſcriptio.l. 1.in fi.C.de annali excep. Et vbi decurſa eſſet præſcriptio ex capite ignorātiæ, reſtituendus vr̄,vt tradit Bar.in l.j.§.ſi qs autē. ff.de itinere actuq; priu. & latè Fel.in c.extranſmiſſa.de præſcript. ¶Sed iſtis non obſtantibus,procliuior ſum in contrariam ſententiā,tribus p̄ſertim conſiderationibus.Et primū conſidero,q̄ do.de Sepibus, q̄ hanc rectoriam ſpatio ſeptē annorū pacificè poſſedit, † cū titulo colorato,virtute regulæ de triennali poſſeſſore,& *Baſilienſi* conſti.de paci.poſſeſ.præſcripſit actionē,& ius cuicunque competēs in dicta rectoria,ſm Pan.in c.contingit.colu.3. de dolo & contum.Exceptio aūt præſcriptionis,eſt excluſiua intentionis dicti Raym.ergo ea vti poterit do.Cambij,qa(vt ſ̄ dixi)ſufficit in beneficialib.excludere petitorē,p̄ exceptionē iuris non ſui,ſm Compoſt.& Ioan.Andr in c. mandatum. de reſcript.& ſi dicaē.q̄ hæc exceptio competit dño de *Sepibus*, & non do.Cambij,reſpondēt Comp Ioan.And.& Card. in d. c.mandatū.q̄ in beneficialibus licitum eſt vti iure prædeceſſoris,† quod eſt excluſiuum intentionis agentis.Et idem tenēt Imol.& Fel.col.ix.in c.capitulum,eod.tit.de reſcrip.per illum tex.¶Sed ò cōſidero,† q̄ triennalis poſſeſſor pacificus , dicitur habere optimū ius in p̄iudicium eorū,q̄ ius ſuum intra triennium in iudicio nō deduxerunt,vt clarè diſponūt regulę prædictæ,& Baſil.conſtitutio.Si hoc verū ſit(,put eſt) ſequitur corollariè,q̄ beneficium in præiudiciū negligētis vacabit p̄ ceſſum,vel deceſſum poſſeſſoris pacifici p̄ triennīū cum titulo colorato,quia quantū ad negligentes,titulus colorat⁹ pacifici poſſeſſoris p̄ triennium ,p̄ vero & iuſto titulo reputatur.Vnde ſicut non poteſt Ray.impugnare tit.do. de Sepibus triennalis poſſeſſoris pacifici cum titulo,ita nō poterit impugnare titulum ſucceſſoris,cui collatū fuit beneficium,tanquā vacans p̄ reſignationē dicti de Sepibus. ¶Tertiò conſidero, concilium Baſil.nonvult triennalem poſſeſſorē à quoq̄ moleſtari poſſe in poſſeſſorio,nec petitorio† qđ eſt intelligēdum directò,nec p̄ indirectū regula,cū quid vna via.de reg.iur. lib. 6.Ex hoc ſequit̄,q̄ etiam non poterit moleſtare d.Cambij,cui ex cauſa permutationis collata fuit huiuſmodi rectoria de Olenſiaco,quia p̄ indirectum &effectualiter moleſtaret dictū de *Sepibus*.Nam ſi à Cambio euincat̄ beneficium,de iure redibit ad ſuum† qđ titulo permutationis reſignauit dicto de Sepibus,ſm Ioan.Andr.in c.vnico.de rer.permut.lib.6.& Gemi. conſ.45.in vltim.dub.& Fed.de Senis in tractatu de permut. benef.q.8.Quod etiam expreſſē cautum extitit in prouiſione facta p̄ *Ro.Pont.*d.Cambio.Et quòd dicatur moleſtari de Sepibus,† ſi moleſtetur is,qui habet regreſſum contra eum , clarè probatur in l.ſi controuerſia.cū ibi not. & in l.ſi permutationis.C.de euicti.Dicamus ergo,q̄ prædicta regula proſit huic ſucceſſori,rationibus prætactis,& maximè,quia ſucceſſor poteſt vti defenſionibus authoris ſui,† contra quē habet regreſſum de euictione.*emptori*.C.de euict.cum ſuis concor. ¶Non obſtant adducta p̄ contraria parte,& primò,q̄ nō poſſit ſucceſſor in beneficio vti acceſſione p̄deceſſoris, qa verū, quando ſucceſſor ex titulo,& poſſeſſione prædeceſſoris, vult fundare ius ſuum ſine nouo titulo,& nouo iure.Secus,quando ſucceſſor ſe fundat in titulo p̄prio,&ad elidendum titulū alterius excipit de iure ſui p̄deceſſoris,per iura & rationes prędictas. Non obſt.allegatum impedimentum ignorantię, quia reſpondet q̄ licèt dictus de Suco fortè ignoraret nomē notarij,nō tamē ignorabat collationem ſibi fuiſſe factam.Debuit igitur impedimentū cauſatum ex eo,q̄ inſtrumentū occultabatur(proteſtatione præmiſſa)inſinuare dicto de Sepib. poſſeſſori.iuxta clem.cauſam.de elect.& hoc modo non pati, q̄ pacificè poſſideret p̄ triennium.qđ cum non fecerit, nō eſt amplius audiendus,vt declarat glo.in pragm.de pacifi.poſſ.in ver.teneant̄.Et ſi dicatur,quis reuelauit, q̄ dictus de Suco ſciret collationem ſibi factam? Reſpondetur conſtare ex euidētiſſimis coniecturis,& ex confeſſione propria.Nam cum ſemp fuerit p̄ſens in ciuitate,ſiue caſtro,vbi fuit facta collatio,vel

vbi ꝓpè, vt ꝑtendit, & nō longè distans à loco domicilij conferentis, credendū est, ꝙ sibi fuerit notificata collatio. c. quosdam. de ꝓsumptiō. Itē cū dictus de Suco esset amicus, & familiaris d. vicarij, q sibi fecit collationē, ꝑsumendum est, ꝙ certior factus fuerit ab ipso vicario. l. de tutela. C. de in integ. rest. min. Et ita in donatione facta absenti consulunt d. Guid. Pap. cons. 23. viso facto. col. ix. ver. iste contractus. Et ꝙ non sit veri simile, ꝙ vicarius occultauerit collatiō d. Rayn. amico & familiari suo. ꝓbatur in c. cōstitutus. j. de testi. Et bñ faciunt q̄ scribit Pan. in c. causam eod. tit. Et esset ab omni naturali sensu alienus, q ꝛrium assueueraret. Constat etiā de scientia collationis ex cōfessione eiusdē de Suco, de qua in xv. art. exordiēte, Itē & qn a col at. vbi ponēdo, ꝙ ignorabat nomē notarij, tacitè & implicitè censet ꝓfiteri, ꝙ sciebat collationē sibi factā licèt ignoraret nomen notarij. c. nonne. de ꝓsumpt. l. cum ꝓtor ff. de iud. Intelligo ēt testes sup sciētia ꝓcludēter deposuisse. Sed qa attestationes nō vidi, sup eis non facio fundamentū, maximè, quia apud iudicē integri iudicij predicta debent sufficere.

RESPONSVM IIII.

RECIPIENDA Est Pontificis ꝓstitutio, quæ emptionē annui reditus abvsura defendit, cum certū nō sit emptorem peccare. Quòd si ex annuas frumenti vini, olei, cæterorumque frumentuum pēsiones, quę decursis annis 14. sortem excedunt, licitas esse decernat, pecuniæ quoque numeratæ reditus non nullos pronunciasse creditur. Alioquin lex fraudari, illudiq; facilimè posset.

SVMMARIVM.

1 *Statuere non possunt summi Pontifices, quod peccatum non sit peccatum, & quòd fœneratio non sit peccatum. nu. 2.*
2 *Determinatio cuius est, cui data est potestas ligandi & soluendi, discernē dique. nu. 4. & 5.*
3 *Emptio annui & perpetui reditus, an sit de iure permissa, & ab omni fœnore aliena. nu. 7. & 8.*
4 *Prohibita an sit exactio pecuniæ, per quam fructus æstimantur.*
10 *Prohibita exactione pecuniæ numeratæ, quando censeatur prohibita exactio frumenti, & aliorum fructuum.*
11 *Oppositorum eadem est disciplina.*
12 *Constitutio non debet esse ludibriosa, nec de facili fraudabilis.*
13 *Prohibita exportatiōe vini, ꝑsetur prohibita exportatio vuarū. n. 14.*
15 *Extensio licita est in exorbitantibus ex identitate rationis.*
16 *Ratio expressa continet omnes casus, qui sub ea comprehendi possunt.*
17 *Extensio fauore animæ permittitur, etiam in odiosis.*

Responsi interpret.

BONAE Memoriæ Iuliani legati Auenionensis constitutione cauetur, quòd nullus audeat sub excōmunicationis pœna exigere annuos reditus, consistentes in frumēto, & aliis fructib. vltra septē pro centenario. Modò quidam emit annuam pensionem, consistentem in pecunia numerata ad rationē florenorū x. ꝙ centenario. Ideò quæritur, an exigere valeat dictā annuam pensionem ꝓstitutione premissa nō obstante? Et prima facie respondendū videt, ꝙ sic. Quia Calixtus & Martinus, Pontifices Max. in extrauag. 1. & 2. de emp. & vend. ad rationē 14 ꝙ centenario annuos reditus emi licitè posse statuere. Nec dicat hos Pontifices nō potuisse statuere,
1 ꝙ peccatū † nō sit peccatū, vt cōcludit Richar. de Media villa,
in 4 sent. dist. 33 q. 1. art. 2 & cōprobat Fel. in c. q̄ in ecclesiarum.
2 col. 6. de const. Nec potuisse statuere, † ꝙ sit licitum fœnerari, ca super eo. de vsu. traditur per Ioan. And. in rl'a peccatum de reg. iur. lib. 6. & p Mod. in l. j. C. de sacr. san. eccl. Quia istud verū est, vbi liquidò constat de peccato. Sed si hæsitetur, an aliquid sit peccatu, siue an ꝓctus sit licitus, vel illicitus, ei⁹ est determi
3 natio, † cui data est potestas ligandi & soluendi. Matt. xviij. Et
4 cui data est potestas † discernendi inter leprā, & leprā. c. p venerabilem qui filij sint legitimi. & ad quem spectat † ambiguitates dissoluere. c. inter alia. de sent. excom. Satis autem constat inter Doctōrs Canonistas, q̄ Theologos, nō paruā esse discordiam, an emptio annui & ꝑpetui reditus sit licita, vel ne, ergo per Dei vicarium potuit fedari huiusmodi altercatio. Quinimò Canonistæ magis
5 ~ communiter arbitrantur emptionem annui, &
6 perpetui reditus, † esse de iure permissam, & ab omni fœnoris suspicione alienam. Ita concludunt Inn. Ioan. Andr. Card. Dom. Ant. Pan. & alij communiter in cap. in ciuitate. de vsu. Et firmat Laur. de Rodulphis in c. consuluit. q. xj. & seq. eo. ti. Licita ergo vt exactio florenorū pro centenario. Nec ob cōstitutio Iuliani, quia loquitur in exactione annui reditus consistentis in frumento, & aliis fructibus. Nos verò loquimur in exactione annui reditus consistentis in pecunia numerata. Vnde
1 *Remedium canonis reintegranda, competit etiam possidenti vigore cõstituti is verè possidet qui per constitutum possidet.*
2 *Remedium canonis reintegranda, etiam ficto possessori competit.*
3 *Prior possidens vigore constituti etiam in petitorio præfertur posteriori actualiter possidenti*

Respon. interpreta.

1 NON est dubitandum an remedium ✝ canonis reintegranda. 3. q. j. cõpetat possidenti vigore constituti, quia possessio acquisita per constitutũ est vera possessio, & dicitur verè possidere is qui vigore cõstituti possidet licet actus acquirendi possessionem dicatur fictus. l. quod meo. vbi Alex. & Mod. ff. de acq poss. Qui nimmo sunt qui velint, quòd remedium dicti canonis non solum competat vero possessori, vt est possessor vigore constituti, sed etiam cõpetit ✝ ficto possessori, vt est
2 possessor in quem sine vlla apprehensione per se vel aliũ eius nomine facta lex ipso iure transfert possessionem, secundum Soc. in l. rẽ quæ nobis. in v. q. ff. de acqui. poss. vbi istud expressè firmat præsupponens nullum dubium esse, quòd non competat possidenti in vim constituti, quia illa est vera possessio & ꝙ etiam datur tale remediũ ficto possessori, quod plus est, sequitur Bald in rub. de caus. possess & propric. & Deci. consi. 84. excellentissimi doctores. & ꝙ cõpetat possidenti in vim constituti, tenent Alex. & alij quos deduxi in meo cons. in hac causa reddito. Et pro certo in hoc non est hesitandum. & adducta pro Guid. Papæ. q. cxij. loquuntur in petitorio, videlicet in casu l. quoties. C. de rei vendi. & faciunt pro hac opinione, qa
§ Cõis est sententia, quòd prior ✝ possidens in vim constituti
3 præferatur in petitorio, iuxta terminos dictæ l. quoties. & ibi Ias. in quinta limitatione. Ergo idem dicẽdum in possessorio. Laus Deo.

RESP. XLVII. & de Restitut. spõliat. III.

LICE Tagens narrãdo proponat rem pleno iure ad se pertinere, ex medio verò concludendi petat se spoliatum reintegrari, ex huiusmodi propositione remedium canonis reintegranda, deductum videtur, cum qualitas actionis propositę ex medio concludendi dignoscatur. Ideo Ioannes Fabri proprietatis cessionarius possessionis iudicium intentatum rectè prosequitur vitio litigiosæ possessionis non obstante.

SVMMARIVM.

1 *Ex medio concludendi cognoscitur quod iudicium fuerit intentatum.*
2 *Remedium canonis reintegranda competit cessionario proprietatis.*
3 *Vitiũ litigiosi nõ inducit ꝓ cessionem proprietatis, de qua nõ cõtenditur.*
4 *Multa conceduntur in consequentiã, quę principaliter nõ cõcederẽtur.*
5 *Tertius pro iure & interesse suo, potest litem ab alio institutã prosequi.*

Respon. interpreta.

IN causa ꝑsenti, ꝫstat ex medio ꝫcludendi, intentatũ fuisse remedium canonis, reintegranda. 4. q. j. quia in conclusione
1 petitur spoliatum reintegrari, nam ex medio ✝ concludendi cognoscitur quæ actio fuerit intentata, fm Bar. in l. certi condictio. in prin. ff. si cert. peta. Nec refert, ꝙ in narratiua sit dictũ rẽ ad agentẽ pleno iure pertinere, quia nõ inspicitur narratio, sed ꝫclusio. ita in terminis nostris consuluit Deci. consi. 136. in cã reuerẽdi. hoc sic presuppositio, videt, ꝙ Io. Fab. cui fuit cessa proprietas vineæ, & domus de cuius possessione contendi tur, rectè possit prosequi iudiciũ intẽtatũ per Antoniũ de Ilia
2 cedentem, non obstante vitio litigiosi, quia ✝ in cessionarium proprietatis transit remedium canonis reintegranda, vt consuluit Bal. consi. 309. super quo. li. 3. & firmat Soc. in l. rem quę nobis. ff. de acq. pos. & comprobaui in c. sæpe. col. 6. ver. 3. quæ ritur, an competat cessionario de resti. spolia. Non obstat vi-
3 tium litigiosi, quia per cessionem ✝ proprietatis de qua non cõtenditur, non inducitur vitium litigiosi. auth. litigiosa. C. de litig. & si dicatur, vitium litigiosi esse super possessione de qua contenditur. Respondetur ꝙ Antonius de Ilia non põt dici alienasse possessionẽ quã non habebat, & quã non fecit per cessionẽ proprietatis alienã, vt de se patet. Iura. n. quę loquuntur de cessione possessionis litigiosæ, intelligũtur ex parte rei, nõ ex parte actoris. Et si instetur dicendo ꝙ actio siue condictio ex d. canone reintegranda, erat litigiosa, aduertendum est ꝙ Anto. de Ilia non cessit condictionem ex d. canone reintegrãda, nec possessionem principaliter, sed solum proprietatem cum iuribus ipsius proprietatis, & non condictionem ex dicto canone, quæ est actio personalis. insti. de actio. §. in personam. Et si dicatur, quo ergo iure Io. Fab. põt prosequi istud iudicium? Respondeo ꝙ hæc actio, siue condictio transit in ces-

sionarium proprietatis in consequentiam ne penes eũ sit proprietas inutilis, vt dixi tenere Bal. & Soc. vbi autem actio denegabatur transit in consequentiã proprietatis nõ incurriturvi
4 tium litigiosi, quia multa †conceduntur in cõsequentiam, q̃ principaliter non concederentur l. quidã. ff. de acqui. re. do. l. in modicis. cum gl. ff. de contra. emp. ponas exemplum in iure patronatus, quod transit in laicum in consequentiam venditionis vniuersalis, quod tamen de per se nõ potest alienari. c. ex literis. de iure patrona. & istud probatur in d. l. fi. C. de litig. vbi in consequentiam diuisionis transit res & actio litigiosa in alterum absque pœna litigiosi. Comprobatur, quia pendente lite super possessione, vel actione personali non prohiberur litigans alienare proprietatem. ca. j & ibi no. de confir. vtili vel inuti. ergo satis datur intelligi, q̃ nec etiam prohibetur alienare iura & actiones, quę trãseunt in emptorem siue cessionarium proprietatis, alioquin per indirectum nõ posset alienari proprietas. Præterea, cum dictus Ioan Fab. habeat p̃ prietatẽ absque vitio litigiosi, non prohibetur pro iure & in-
5 teresse suo prosequi litẽ ab alio instituta. q̃ cum super. d. re iud. c. veniens. de testi. tradit Bal. in auth. nunc si hæres. C. de litig. &c.

De causa possess. & proprie.

RESP. XLVIII. & de causa possess. & proprie. I.

COLLATIO facta ab ordinario Carpentoraten. existenti in quasi possessione quãdam capellam conferẽdi do. Hieronymo in præiudicium patronorum ipsorum institutione de do. Gulielmo secuta non obstante, sm ea quæ proponũtur de iure valida est. præsertim attenta quasi possessione scientia, vsu. & patientia dictorum patronorum comprobata. nam huiusmodi quasi possessio in humilibus causis singularis speculationis est.

SVMMARIVM.

1 *Collatio est fructus iuris conferẽdi, præsentatio est fructus iuris patronatus.*
2 *Ad possessorem seu quasi spectat ius conferendi in præiudicium eorum ad quos spectat præsentatio.*
3 *In materia collationis, præsentationis, & iuris patronatus, quasi possessio est principalis intentionis.*
4 *In qua possessione tria requiruntur, videlicet scientia seu patientia aduersarij item ius proprium, necnon & bona fides.*
5 *Malafidei possessor non facit fructus suos.*
6 *Scientia & patientia aduersarij & articulanda, & probanda est.*
7 *Episcopus præsumitur scire qualitates beneficiorũ existẽtiũ in sua diœcesi.*
8 *Vnicus actus electionis, præsentationis, & collationis, quasi possessionẽ ipsorum actuum acquirit.*
9 *Collationes sine scientia patronorum sunt ipso iure nullæ.*
10 *Beneficia in dubio præsumuntur libera, & non patronata.*
11 *Sola fama excusat à mala fide, necnon à causa temeraria & iniusta.*
12 *Extincta descendentium linea & sic agnatione, ius patronatus extinguitur, & ecclesia libera efficitur.*
13 *Ius patronatus non præscribitur contra ecclesiã, quæ semel libera fuit.*
14 *Ex nõ vsu quasi possessio iuris patronatus amittitur, & ecclesia libertatem ascribit.*
15 *Clausula si nõ sit alteri ius quæsitum in rescriptis tacitè subintelligit.*

Respon. interpreta.

IVNCTVS huius controuersię, vt mihi vr, totus consistit in quasi possessione vigore conferendi capellã de qua agitur. in qua quidem quasi possessione ordinarius Carpentoratensis esse prętenditur in præiudicium patronorum medio duarum vltimarum collationum immediatè præcedentium. Et vt cognoscatur quòd punctus ad hoc reducatur, subiicio
1 duas verissimas conclusiones. ¶ Prima conclusio, collatio †est fructus iuris conferendi, & præsentatio est fructus iuris patronatus sm Pan. post Innocen. & alios in c. consultationibus. de iure pat. Inno. & Ant. in c. 2 de in integ. resti. & in c. in literis, de restit. spo. & alibi sæpe. ¶ Secunda conclusio, ad possessorẽ
2 seu † quasi spectat ius conferendi in pręiudicium etiam eorum ad quos spectat præsentatio secundum Rotam Decis. cccclxxxj. de iure patr. in antiq. Innoc. & Pan. & alij in d. c. 2. de in integ. resti. & in cap. cum olim. & ca. cum ecclesia sutrina. de caus. poss. & proprietatis. cum solitis concord. quas breuitatis causa omitto. Ex his infertur q̃ si dicamus episcopum fore in possessione liberè conferendi, necessariò sequatur concludẽdum, q̃ collatio prędictæ capellæ facta per ipsum valuerit in præiudicium patronorum. hinc consuluit Car. quòd collatio facta per Papam etiam non facta mentione iuris patronatus, valet, quando episcopus est in quasi possessione liberè conferendi, & patroni in quasi possessione præsentandi. ita Cardi. consi. 69 quo ad primũ versi. ad sm dubium. Deci. consi. 117. col. 2. vbi alia adducit. Ex quib. ꝯcluditur, q̃ ista materia est at-
3 tendenda † quasi possessio, & in specie & in terminis nostris ita concludit Rota dec. 457. sub rubr. de impetra. & colla. in anti. Si verò dicamus episcopum non esse in quasi possessione liberè conferendi, collatio vt porè facta sine consensu patronorũ erit ipso iure nulla. c. decernimus. xv. q. vij. c. illud. vbi Pan. & alij de iure pat. cũ concor. ¶ Restat ergo discutere vtrum eps Carpentoratẽ dicatur in quasi possessione liberè conferendi in præiudicium patronorũ, & prima ꝯsideratione vilum fuit q̃ nõ, nã quasi possessio seu ius liberè cõferendi etiã cuiuslibet
4 rei incorporalis non acquiritur nisi trib. † cõcurrentib. primo nisi data scientia primi possessoris. l. 2. C. de seruit. & aqua. & in nris terminis tenet Bald. ꝯ. vlr. in tit. de caus. poss. & proprie. Pan. & alij in d. c. cum olim. & d. c. cũ ecclesia. sutrina. Bar. inl. j. §. hoc interd. ff. de iti. actuq̃ priu. & ratio est manifesta, qa subiectũ huius quasi possessionis est vsus & patiẽtia aduersarij. l. quoties. ff. de seruit. quæ patientia non pot esse sine scientia, ergo necessariò requiritur scientia. Scdò requiritur q̃ eps conferat iure suo libero, & non iure denoluto. l. fi. ff. quẽad. seruit. amit. Tertio requiritur q̃ bona fide conferat, credens sibi ius istud conferendi competere. l. j. §. Aristo. ff. de aqua quo. & æstiualtem quantum ad effectum, vt collatio valeat, sm Pan. in d. c. cum olim. & d. c. cum ecclesia sutrina quẽ oẽs nemine discrepante ibi sequuntur, & ratio est euidẽs, quia vt s. dixi. collatio
5 est fructus iuris conferendi, ergo malæfidei † possessor nõ facit tales fructus suos. c. grauis de restit. spol. l. in fundo. l. ex diuerso. ff. de rei vẽd. Constito ergo de mala fide collatio cassanda erit, vt per Abb. & alios vbi supra. ¶ His attentis, bene vr dicendũ episcopo per dictas duas collationes nõ fuisse acquisitã quasi possessionem liberè conferẽdi, qa nõ cõstat in processu quòd patroni habuerint scientiam geminatæ vocationis, & duplicatæ collationis. quæ scientia erat probanda pro parte dicti d. Oliuarii, vt concludit Bar. in l. 2. C. de seruit. & aqua. & in l. 1. §. deniq;. ff. de aqua pluuia arc. vbi instruit nouos practicantes vt articu-
6 lent de scientia aduersarij, & probent. sequitur Pan. cons. 23. colum. fi. in 2 parte. non etiam apparet de bona fide d. episcopi cõferentis, quòd crediderit vti iure suo, quia præsumitur q̃ sciret dictam capellam fore iuris patronatus laicorũ, nã episcopus † præsumitur habere notas qualitates beneficiorum existẽ-
7 tium in sua diœcesi secundum Host. & Io. And. in d. c. cum nostris de concess. præ. Fel. in c. in nostra. de rescrip. ista sunt quę tra do. Hieronymũ Oliuarium valde vrgent. ¶ Sed vlterius consideranti mihi contraria sententia visa fuit verior, qa ex vnica
8 † electione acquiritur quasi possessio iuris eligendi, & ex vnica præsentatione quasi possessio præsentãdi, & ex vnica collatione quasi possessio cõferendi, cũ sint actus q̃ cõiter nõ solẽt fieri nisi à possessoribus. secundũ gl. Inn. & alios in d. c. cũ olim. & d. c. cũ ecclesia sutrina. & probat in c. ex literis. de iu. patr. & in d. c. consultationib. eo. ti. & Inno. in c. 2. de in inte. resti. Pan. & alij in c. querelã. de elec. & alibi sæpe. Nec ob ꝑmissa, primò nõ obstat dũ dr, q̃ hæc conclusio procederet, si patroni sciuissent & passi fuissent, qa esto q̃ita sit, tñ ex serie facti cõstat de scientia patronorũ, & q̃sset, ostẽdit sic. patroni p̃sentauerũt do. Gulielmũ ad dictã capellã tanq̃ vacantẽ per mortẽ quòdam do. Claudij prædecessoris immediati, cui eps liberè, & iure suo ordinario contulerat tãquãvacaret per resignationem factã ex causa permutationis per Paulum. ex hoc colligo scĩam patronorũ, quia nisi ipsi sciuissent collationes factas, & illas approbassẽt, non diceretur vacare per mortẽ dicti Claudij, sed per resignationem Pauli qui ante dictas collationes ex præsentatione patronorum fuerat institutus. intantum quòd obtinẽs beneficium patronatus sine cõsensu patronorum dr vsurpator, & occupator. c. ex insinuatione. de iu. pat. & collationes etiam factæ sine
9 † scĩa patronorum sunt ipso iure nullæ, vt s. dictum fuit, & ibi not. Pan. sed per mortẽ vsurpatoris non dr, nec potest vacare, vt no. in c. susceptum. de rescri. in 6. necessariò sequitur si vacauit per mortem dicti Claudij, quòd valuerit eius collatio. valere autẽ non potest, nisi præsupponamus acquisitam quasi possessionem conferendi ipsi episcopo. acquiri autem non potest quasi possessio, nisi data scĩa & patientia. ergo à primo ad vltimum restat corollariè dicendũ, q̃ ipsi patroni sciuerunt & passi fuerũt. Non ob. dum dr. q̃ requiritẽ, q̃ eps contulerit bona fide credens ad se spectare ius conferendi, quia in casu isto etiã episcopus qui contulit, erat in bona fide. & credidit ad se spectare, quia omnia beneficia in diœcesi spectant ad eius collationem. c. omnes basilicæ. 16. quæst. 7. c. sic quidam. 10. quæst. 1. &
10 in dubio † beneficia præsumuntur libera. & non patronata, secundum Archidi. in c. decernimus. 16 q. 7. Panormita. in d. ca. querelam. in 3. not. Deci. consi. 117. colum. 1. & consequenter

cum

cũ ius cõe,& iuris ꝓsumptio sit pro ordinario collatore,legitimè potuit credere sibi decere iure suo ꝙferre.argumẽto.c.ad decimas.de resti.spol.lib.5.fortius ꝙcludit Pan.in d.c. cũ olim. dicto.c.Ecclesia surtrina & in c.si diligenti.de præscrip.& Bar. in d.§.hoc interdicto.ꝙ quælibet ꝓbabilis coniectura sufficit ad causandã præsumptionẽ bonæfidei, & excludendam præ-
11 sumptionem malæfidei,& in proposito dicũt ꝙ sola fama ꝙ ius conferendi cõperat alicui,excusat à mala fide,quanto fortius dispositio iuris cõis.Nec obstat ꝯria ꝓsumptio,ꝙ præsumitur scire omnes qualitates beneficiorum existẽtiũ in diœcesi,& sic scire capellã fore iurispatronatus laicorũ. Ad istud rũdeo multipliciter,& pro fundamento responsionum premitto vnam tritam & cõmunẽ ꝙclusionẽ,quòd bona fides nõ solũ ex iustis,sed ẽt ex temerariis & iniustis causis causari ꝓt.ẽm gl.in l.j.C.vbi cau.stat.quã ibi multũ commendat Bald. & sequitur Alex.cõs.127.visa inquisitione.col.iij.vol.iiij. & temeraria cã excludat malã fidẽ possessoris,est tex.quẽ ibi no.Arc. & Ias.in d.l.clam possidere.in prin.ff.de acqu.poss.& Bart.in l. j.§.per seruum qui in fuga.ff.eo.Barb.cons.18.colũ.antepe.vol. ij.redeundo ad propositum,si ordinarius qui ꝙtulit sciebat capellã de qua agitur esse iurispatronatus & sciebat ꝙ erat iurispatronatus ex fundatione Simonę relictę quondam Ioannis Pelizerij,ꝙ reliquit ius patronatus filiis & descendentibus Rostagni de Arnulphis aliàs de Buso,quorum descẽdentiũ linea
12 extincta† est,& consequenter extinctum ius patronatus,& ecclesia effecta libera,vt traditur in c.j.de iur.pat.hac de causa potuit legitimè credere sibi licere iure suo conferre dictã capellam,quia asserti patroni non sunt de descendẽtib. dicti Rostagni,nec de agnatione.& non esset ponere os in cœlũ, nec à iure deuiaremus tenere, ꝙ ad assertos patronos non spectat ius patronatus dictæ capellę.cũ(vt dixi)non constet ꝙ sint de descendentib.suprascriptis. Nec quicquã facit si diceretur ꝙ Ioanna Algesse mater Margaritæ quæ prẽsentauit d. Gulielmũ,
13 præscripserat iuspatronatus,quia ꝯ ecclesiã † semel effectam liberã nõ põt laicus præscribere iuspatronatus ẽm Pan.cons. 106.vers.secundo principaliter.in 2.vol.Card. in cle. si plures. in 6.q.de iure pat.Alex.cõs.75.visis in fi.vol.4.licet possit præscribere ꝯ veros patronos ẽm Io.And.in c.quod alicui.de reg. iur.& istam distinctionem comprobaui hoc anno in rubri.de iud.Ex iis apparet ꝙ dicta Margarita nec ius habet,nec quasi possessionem assertã iurispatronatus, meritò episcopus potuit iure libero conferre hanc capellam prædicto d. Hieronymo Iuario.Vel aliter dico ꝙ vbi agitur de acquirenda possessione libertatis,quę acquiritur ex non vsu priuilegiati,nõ exigit bonafides,sed ex solo non vsu perditur. c. cũ accessissent.vbi gl.de const.tradit Ant.in c peruenit.col.fi de cens. Ius aũt patronatus,quod habent patroni,est gratiosum&ex priuilegio ecclesiæ,vt per Pan.in c.querelam.de elec.ergo.&c.Et nisi di-
14 camus ꝙ ex non† vsu solo perdatur quasi possessio iuris patronatus,certè impossibilis esset communis ꝯclusio, ꝙ possit ecclesia præscribere libertatem aduersus ius patroni,quia opponi semper potuit ꝙ episcopus sciebat,vel scire ꝓsumebat ecclesiã esse patronatã,vel aliter posset responderi, ꝙ mala fides prælati non nocet ecclesiæ,cui per collationes liberas acquiritur quasi possessio,vt per gl.Panor.&alios in c.fin.de præscrip.Vel aliter respondetur ꝙ in facto præsupponitur has liberas collationes fuisse factas per vicarium & gubernatorẽ, in quib.non cadit præsumptio,ꝙ ipsi scirent ecclesiam esse iurispatronatus,quia ipsi non sunt qui visitent, propter quam visitationem epl'copus ꝓsumitur scire qualitates beneficiorum,vt declarat Fel.in c.2.col.1.de except.Deci.consil. 134.in fi.Ex istis liquido constat collationem factam do.Hierony.de iure validam fore.Quo fit,vt institutio d.Gulielmi postea secuta nullius sit roboris & momenti,& maximè attento,ꝙ est facta cum expressa clausula si nõ erat alteri ius quęsitum,quę
15 etiam tacitè subintelligitur c.super eo.de offi.delega.l.2.§.si quis à principe.ff.ne quid in loc.publ.cum igitur per collationem prius factam.d Hierony.per ordinarium esset ius acquisitum per prędicta,sequitur quòd institutio& prouisio domi. legati subsequens non habet aliquem effectum. Laus Deo.

RESP. XLIX. & de Caus possess.& propriet. II.

LICET In beneficialib.iudicia possessoria censeanẽ habere annexam causam proprietatis,tamen de titulo non est adamussim discutiendum,cum sufficiat habere titulum coloratum. Quare postquam illustris curia Ioannem Allardi in possessionem manu tenuerit prioratus de Calma, de tituli validitate vel colore amplius quærendum non est.Nam ei sufficit excludere Michaelẽ Rodulphi actorem per non ius suũ,cuius collatio, vt subreptitia & suspensio facta virib.non subtitit.Nec eidẽ Ioãni obstat ꝙ prioratus de quo agitur sit monachalis & regularis, qui non potest clericis secularib.conferri.Verum cum prædictus prioratus à duob.immediatè prędecessorib.secularib.clericis rect' ac gubernatus probetur,ideo secularibus in posterum clericis conferri posse decisum est.Quare manifestè constat Ioannem Allardi Michaele Rodulpho potiorem esse.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio possessorio sufficit habere titulum coloratum , nec est de eo adamussim disputandum.*
2 *In interdicto retinendę is potior est,qui fidem facit de antiquiori possessione,& sufficit reo excludere agentem per non ius suum.*
3 *Ius conferendi de iure communi pertinet ad episcopum.*
4 *Collatio nulla nullum præstat titulum.*
5 *Gratia subreptitia est ipso iure nulla.*
6 *An verbis narratiuis seu assertiuis notarij credatur?*
7 *Collatio facta suspenso non valet.*
8 *An prioratus monachalis vel regularis conferri possit aliis quàm regularibus eiusdem ordinis,vel prioratus.*
9 *Paria sunt non habere titulum,vel habere sed inualidum.*

Responsi interpret.

LICET In beneficialibus iudicia possessoria censeantur habere annexam causam proprietatis.l.2.§.quędam.vbi gl. ff.de interdic.& ideo requiritur probatio tituli ad colorandã possessionem,ne detur vitiosus ingressus c.j.de reg.iur. lib. 6.
1 tñ in possessorio† iudicio nõ est de validitate vel inualiditate tituli adamussim disputandum,seu discutiendum,cum sufficiat habere titulum coloratũ , quod maximè procedit in iudicio retinendæ,in quo militat ratio dandi vitiosum ingressum , cũ iam ingressus datus sit, &maximè coram iudicibus laicis,qui solum cognoscere possunt de nudo & mero possessorio secũdum Panor.in c.literas.de iura.calum. Cum itaque excellens curia præcisè aliquãdo d.Ioan.Allardi manu tenuerit in possessione prioratus de Calma in vim tituli colorati, non videt quòd amplius sit quærendum de colore & validitate illius tituli.Sed id solum discutiendum est,vtrum in hoc iudicio retinendæ potior sit,an Michael Rodulphi actor , an ipse Allard. reus.Et paucis agẽdo intrepidè respondeo ipsum Allar.potiorem esse,quia,constat eum prius fuisse possessionem prioratus assecutum,& per curiam præcisè manutentum,annalem que possessorem & vltra fore ante litem motam per *Mic.* In
2 iudicio† autem retinendæ vincere is debet,qui fidem facit de antiquiori possessione,quia iunior ꝓsumitur clandestina. c. licet causam.de probat.vbi Pan.& alij.Et docet Bar.in l.si duo. ff.vti possi & Bald.in l.ordinarij.C.de rei vend.Sed si libet validitatem titulorum discutere,etiam potiorẽ esse puto d.Allardi,cui in hac causa reo satis est excludere agentem per defectum iuris agentis,absque eo quòd teneatur aliter suam possessionem colorare alio titulo.secundum Cõpost.& Io.An.in cap.mãdatum.de rescr.Rotam.dec.54.in antiq. Gemi.cons. 38.pro clariori.in princ.si modo demonstretur agentem nullum habere ius in dicto prioratu,apparebit d.Allar.iterum manutenendum in sua vera & iuridica possessione. ¶ Quod autẽ d.*Michael* actor non habeat titulum coloratum , probatur ex pluribus.Primò,quia titulũ habet à domino præpositio monasterij de plebe *Marterum* Vlciñ.ordinis.Sanct.Aug.&quo dicitur dependere prioratus iam dictus,ad quem præpositum nõ spectat ius conferendi,non quidem de iure communi, quia
3 de iure† cõi pertinet ad episcopum.c.omnes basilicæ.xvj.q.8. ca.cum episcopus.de offi.ord.li.6.c.2.de ca.mona.c.cum ex iniuncto.de hæret.Non etiam ex priuilegio de quo non cõstet. Non etiã ex consuetudine de qua non appareat.Quinimo ex productis collationibus,maximè vltimis,constat ius conferẽdi spectare & pertinere ad præpositum & capitulum simul & semel,vel saltẽ constat capitulũ esse in quasi possessione cõferendi simul cum preposito. *Ex* quib.sequitur nostra cõclusio, ꝙ collatio facta Michaeli à solo præpositio absque cõsensu capituli est ipso iure nulla,tanquã facta à non habente potestatẽ conferendi.c.cũ in illis.§.fi.de præben.li.6.c.postulastis. de cõcess.præben.& idẽ si collatio spectet ad solũ præpositũ cũ consensu capituli,quia collatio facta non habito consensu,etiam nulla est.ca.j.§.j. & ibi gl.in verbo,assensu.ne sede vacan.libr.6. Cum igitur collatio huiusmodi sit nulla,vt potè facta absque
4 capitulo,non præstat† titulum coloratum secundum Pa. in c. quia diuersitatem.de concess.præben.Secundo,nulla est assera collatio,quia facta Mich.vti monacho expressè professo.de cuius expressa professione nõ fuit facta fides legitimè prout

antiq. eo. mō, is cui est facta collatio, poterit sua auctoritate
2 possessionē ingredi Collatio. n. facta p † Papā, vel eius legatū (vt in casu isto) tribuit plenū ius, ēt in beneficijs electionis absque institutione. Pan. & Fel. in c. cā te col. ij. de rescrip. & ita vult Gem. in c. cū q. de præb. lib. vj. Ex ijs patet responsio ad ꝫ-tium d. c. auaritiæ, qa facit pro, & nō ꝫ inducēdo vt s. Ad dispositionē tituli, quorū legatorū special'r rndet ꝙ ꝓcedit vbi hrs ꝓtendit ex tali apprehensione fuisse sibi iudicatū in detractione falcidiæ, vt gl. & scrib. expresse ibi declarāt. verū cū nō tractaf de iudicio hrdis, de cuius manibus est capiēda possessio, cessat interdictū: at in casu isto cū nō tractet de ꝓiudicio executoris, de cuius manibus erat capiēda possessio, debet ēt cessare interdictū, & sic vr licuisse ipsi beneficiato cessante oī prohibitione intrare possessionē beneficij. Nō ob. l. nō est dubiū, qa loquit ī apprehendente possessionē ab alio occupatā, quo casu nō licet beneficiato spoliare aliū. in d. c. cū q. d ꝓb. li. vj. in casu verò occurrēti p supponit possessionē tpe introitus fuisse vacantem. & reperio, ꝙ ita concludit Gem. in d. c cū qui. &
5 Pan. ī. c. trāsmissam. de electio. dicit hāc esse *cōem* opinionē doctorū, quia tn multi tenent oppositū, & quia intelligo audito
3 res curię † practicare ꝫ istā opinionē, q̄ mihi nō displicet quā cōprobat Bellamera consi. 10. col. v. dico, ꝙ posito ꝙ apprehensio sine lnīa executoris. vel collatoris nō foret ltīa. quātū ad ꝓducendos effectus possessorios, attamē p talē apprehensionē nō dicitur intrusus, nec incidit in pœnā priuationis iuris sui. ita Arch. & Gem. & cōiter scrib. in d. c. auaritiæ. & in d.
4 c trāsmissam. & benè facit qa pœna † priuationis iuris sui nū quā debet imponi, nisi expsso iure caueat. c. inuentū, xvj. q. iij. § optimum. in auth. de non eligē. secun nub. gl. in c. fi. de iure patr. cum similibus. Circa fm, vr mihi parū expedire, ꝙ producatur instrumentum scdæ apprehensionis factæ in executione processus executorialis. & quia non vidi processum, probabo p argūa partibus sufficiter enumeratis, nā postquam Petrus solus est in possessione, est necesse si alter vult agere possessorio, ꝙ agat vel interdicto adipiscendæ, vel recuperandæ. primo casu si agatur adipiscendæ, sufficit Petro excipere de anteriori & meliori titulo: vt not. in c. pastoralis. de caus. poss.
5 & proprie. obstat. n. agēti adipiscendæ † exceptio dominij. si de vi. cum gl. ff. de iudi. Bar. in l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acq. pos. Aut agitur interdicto recuperandæ, & tunc malè agit, cum & ante ipsum agentem, & post semper fuerit in possessione. c. consultationibus de offi. deleg. cum similibus. Circa tertiū, maxima est hæc dubitatio, vt ostendūt scriptores comentatoris, in rl'a de triennali possessore, q̄ est xxxiij. in ordine. verba em rlæ faciūt ꝓ possidere, dū dr in ea, antiquas lites penitus extinguendo, practica verò dominorū auditorū est in ꝫriū, vt attestat idē comentator: vñ minimè videnē mutanda, q̄ interpretationē certā semel habuerūt. l. minimè. ff. de leg. Et istā opinionē dominorū de Rota credo veriorē saltem in casu suppositō, ꝓ cuius opinionis veritate ostendēda, præmitto, ꝙ p solā citationē executā inducitur litis pendentia fm gl. in cle. ij. vt lit. pend. Pan. & Fel. in c. cām quæ. in fi. de testib. Soc. in cons. 38. colu. iiij. vol. j. Sedò pmitto, ꝙ ille cui post ap-
6 prehensam possessionē mota fuit lis, nō dicit † pacificus possessor. c. commissa. cū glo. de elect. lib. vj. Gem. cons. 78. col. iij. Istis sic pmissis, infero ꝙ Petrus post adeptam possessionē citatus nō potest dici pacificè possedisse p continuū triennīū: primo quidē triennio nō, qa in illo fuit turbatus p citationē. Secundo verò triennio, nec sequentibus, nō, qa is cui semel mota lis est, verisimiliter debet suspicari aduersarium persecuturum litē. arg. l. j. de eden. & donec suspicat turbationē motam duraturā non potest dici pacificè possidere. l. clam possidere. in prin. ff. de acq. pos. & si ita dixeris fm commētatorē, stante ista regula, elapso triennio suspicat aduersariū cessisse liti, tibi respōsio patet ex verbis regulæ, in verbo pacificè, qua verū est, elapso triennio, quo possessor pacificè possederit. sed mōta lite ante triennīū possessori, nō pōt dici de cætero ipsum pacificè possidere. vt s. ergo nō habebit locū regula. & si vlterius dixeris, tenēdo practicam curiæ, quid respōdes ad illa verba, antiquas penitus amputando, sup quib. se firmat commentator? Respōdeo ꝙ illa verba debēt intelligi de antiquis litib. pendētibus tpe rlæ motæ ꝫ eos q̄ iam possederāt pacificè per triennīū & sic regula illa trahit etiā ad lites pēdentes, arg. text. in l. antep. & fi. C. de sacr. sanct. eccl. & ꝙ ita sit clarè elicitur ex verbo motas, & est participiū pteriti, & ex verbis præcedentibus impetrationes quaslibet super beneficijs possessis pacifi cè factas & si iterum intret, natura legis est, ꝙ ꝓprie trahat ad futura negotia, nō ad præterita. c. fi. de cōsti. l. leges C. de leg. concedo & dico, ꝙ regula ista trahit ad lites antiquas motas tempore regulæ contra eos, qui iam possederant pacificè per triennium, quia in regula ita expresse cautū reperitur. vt in d. l. antepe & in fi. tamē trahi etiā debet ad lites futuras moven-
7 das, scilicet possessorij triēniū. & hoc modo † regula habet locū tam in litibus pendentib q futuris, motis & movēdis ꝫ eos q̄ pacificè iam p triennii possederūt. sed iste nō est casus noster. qa lis fuit mota ante triennīū. agit. & c. fm istum intellectū hæc regula nō erit ꝫ decis. Rot. q̄ vult ꝙ lis nūq finit nisi per rnām, non etiā erit ꝫ communē conclusionē quæ vult, ꝙ instantia de iure canonico nunq pereat. c. pen. de iud. & ideò iste ītellectus est tenendus, quia minus derogat iuri cōmuni, q̄ intellectus commentoris. c. cū dilectus. de consue. cū gl. & in l. cū servi vestri C. de noxa. cum similibus. Laus Deo.

RESP. LII. & de caus. poss. & proprie. V.

Vali possessio Curati de Spinatis licet iure cōmuni suffulta videat, ex quo territoriū de Altisripis sub sua parochia reperit. Verum enim verò cùm possessio tanto fortior existimet, quātò magis à iure & ꝓprietate foueatur, ideò nō ab re quasi possessio Curati de Roseto potior iudicata, cū is de antiquiori probauerit, & per plures ac potiores testes rem manifestam fecerit. Ex quibus ꝓbationib⁹ ius cōe dicti Curati de Spinatis prorsus elidē, præsertim cū de sua quasi possessione nullā fidē fecerit. minusque eundem de Spinatis iuuant sui testes, qui singulares dubia & incerta deponentes nihil præstant.

SVMMARIVM. 2

1 *In interdicto retinendę is obtinere debet, qui habet ius cōmune pro se. & vide nu. 4.*
2 *Tantò iustior est possessio quātò magis est à iure & ꝓprietate causata.*
3 *In interd. de retinendæ is potior est, qui antiquiorem possessionem probat.*
5 *Nova possessio ante antiquam, non relevat probantem: nam clandestina præsumitur.*
6 *Testes indefinitè deponentes debēt reduci ad concordiā, vt falsitas, seu periurium euitetur. & indefinita in dictis testium non æquipollet vniuersali.*
7 *Testes deponentes contra confessionem partis, nunquam reducuntur ad concordiam ad effectum probandi.*
8 *Testes singulares non probant.*
Intellectus capituli ad decimas. de restit. spoli. in 6.
9 *Iustè possidet qui authoritate Pontificis possidet.*

Respon interpreta

Petit Curat' de Roseto se manuteneri in sua quasi possessione exigēdi decimas in territorio de Altisripis & compelli Curatū de Spinatis cessare ab omni molestia. & consequenter agit interdicto retinendæ, in quo concludit vt in c. licet cām. de probat. & ibi Pan. nor. Et qa in tali interdicto ille debet obtinere, qui melius ꝓbat suam possessionē, idcirco videndū est, qs istorū contendentiū melius ꝓbauerit. videt primo aspectu dicendū ꝙ Curatus de Spinatis q̄ p xxxvij. testes nixus fuit ꝓbare suā quasi possessionē, debeat obtinere, qa vltra possessionē habet
1 ius † commune ꝓ se, ex quo territorium de Altisripis est sub sua parochia. c. ꝓ dec. & ita in isto interdicto vti possidetis concludunt Inn. & Can. in c. auditis. de præscr. dicentes rationem esse qa testes deponētes de possessione ejus, q̄ habet ius cōe ꝓ se, deponūt verisim. Et idē tenēt Io. And. & d. Ant. in ca.
2 licet cām. de ꝓb. consil. 271. inci. vis tota. tantò enim ꝫ iustior est possessor, quantò magis est à iure & proprietate causata. fm Bal. in l. data opera. colu. fin. C. q̄ accu. nō pos. & in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expen. Et in ꝑpriis terminis nris vr casus in c. ad decimas. de restit. spol. lib. vj. vbi in interdicto recuperādæ, q̄d est favorabilius, nō restituit spoliatus quasi possessione decimādi, quā habebat in aliena parochia, nisi ꝓbet titulum suæ quasi possessionis, eo qa talis possessio seu quasi, habet ius cōe ꝫ se. sic ergo videt in interdicto retinēdæ, quo vterque contēdit se possidere, seu quasi: debet ergo Curatus Roseto succumbere, qa habet ius cōe ꝫ se, nisi ꝓbet cām suæ quasi possessionis q̄ non fuit ꝓbata in casu isto. fgit. ¶ Sed iis & similibus non attentis, arbitror Curatum de Roseto in isto interdicto retinēdæ habere potiora iura quia melius ꝓbauit suā quasi possessionē. ꝓbauit em possessionē diuturna etiam annorū 100. & sic tāti tpis, cuius nō est memoria in ꝫrium, &
3 in isto possessorio ille vincit, q̄ ꝓbat † de antiquiori possessione. c. licèt cām. de probati. vbi casus est clarè decisus & firmat Bar. in l. si duo. ff. vti possi. & in cōsi. cxij. incip. accusarus. & Bal. Cyn. & alij in l. penul. C. vti possid. & Bal. in l. ordinarij. colum. 4. C. de rei vendic. Anch. consil. 274. incipi. ad declarationem. Probauit etiam suam quasi possessionē per plures testes num. xl. & in isto iudicio ille palmā obtinet, qui per plures probat, vt formaliter concludit Pan. or. in consil. 5. in fin. in 2. parte. & Bartol. in dicta l. si duob. facit textus in capitu. nostra. de te-

ſti.& in l.ob carmẽ.ff.eo.Et q̃ melius probauerit,clarius appa rebit ex rñſionibus dãdisteſtibus ꝓductis pro parte curati de Spinaſijs,Non obſtant adducta ſ.in ꝓrarium,& primò, q̃ iu
4 illo poſſeſſorio il e debeat obtinere,q̃ hẽt ius cõe pro ſe,† qa verũ eſt data paritate probationũ vtriuſq; partis,ſm Ant. in d.c.licet cãm.in iij.co.poſt Io. And.de ꝓbatio. & in ca. in nr̃a, extra de teſti.verũ in caſu nr̃o curatus de Spinaſijs nullo mõ ꝓbauit ſe fore in quaſi poſſeſſ.vt ſtatim deducã.Imo ex ꝓfeſſio ne ipſius aptè conſtat curatũ de Roſeto eſſe in quaſi poſſeſſio ne decimandi vinũ vinearũ antiquarum in altis ripis:vnde in cõfeſſum nihil aliud reſtat.quã cõ ſẽnatio.l. ꝓinde.§.fi.ff.ad l. Aqui.cũ vulgaribus.nulla.n.melior eſt ꝓbatio quã partis aduerſæ cõfeſſio.c.p tuas de ꝓba.l.gn̄aliter. C.de nõ nu.pe.nec obſtant depoſitiones teſtiũ nu.xxxviij. productorũ p curatũ de Spinaſijs,qa nõ cõcludunt,nec aliqd ꝓbant. duodecim.n. ex eis ſup iure decimãdi ĩ Altisripis nihil deponũt.Itẽ dcẽ va riãt & ꝓrianẽ primis eorũ depoſitionib. factis in executione, vnde non probant.l.qui falſa,vel varia.ff.de teſti.Bar.in l.eos. ff.de fal.tres ſeu quatuor alij deponunt ſolum de poſſeſſione
5 annorum duorum,vel trium,quæ poſſeſſio † noua tã modici tẽporis ſtãte antiqua poſſeſſione, & lõgiſſima dicti de Roſeto,nihil opitulatur curato de Spinaſijs,qa præſumitur clandeſtina ſm Bal.in terminis huius ĩterdicti in l.arboribus. § nã & ſi agrum.ff.de vſufr.Bar.in l.j.C.vti poſſi.hic.n.qui prior eſt in poſſeſſione impedit ne ſequens poſſideat,ſm Bal.in c.ſi dili gẽti.de præſcr.& hoc quando ſequens nõ poſſedit per decennium,per Bald.in l.ſi minorem. C.de in integ. reſti. Bar. in l.ſi de cod.§ ſi forte.ff. de acq. poſſ. cum ſolitis concordantibus, quas omitto.vnus eſt frater ipſius de Spinaſijs,qui non probat ratione conſanguinitatis gl.in c.in literis.de teſtibus.& in c.j.iij.q.v.Sed & alij oẽs teſtes tribus ꝓfideratis nihil ꝓbãt, ad quorum euidentiam præmitto tria.Primo,q̃ in loco de Altis ripis colliguntur decimæ antiquarum vinearũ,& decimæ novalium,vt ex dictis teſtium, & confeſſione curati de Spinaſij apparet.Secundò præmitto diſpoſitionẽ c.cum contingat.& c.cum in tua.de deci. vbi decimæ novaliũ debent̃ curato ſub cuius parochia ſunt ſita novalia.licet alius præſcripſerit decimas antiquorum prædiorũ in ipſa parochia. Tertiò præmitto,q̃ ĩ dictis teſtiũ indefinita non æquip llet vĩ,ſm Innocẽ. & alios in c.auditis.de prẽſcrip. & tõ eſt, qa non cõcludit per neceſſe ſm Alex.conſi.108.col pe.vol.ij.& Fel.in c.cũ oẽs de cõſtit.His ſic p̃miſſis infero q̃ teſtes ꝓducti ꝓ parte curati de Spinaſijs nõ ꝓbẽt ꝓcludẽter,qa deponunt indefinitè ipſum p cepiſſe decimas,nec dñt oẽs,nec quas vnde debẽt ĩtelligi de decimis novaliũ,& nõ de decimis antiquarũ vinearũ, & hoc
6 mõ erũt † cõcordes cũ teſtib. ꝓductis p curatũ de Roſeto,& cũ confeſſione ipſius de Spinaſijs.&iſta interpretatio capienda ẽ & cõſonat auribus meis,& dictis ipſorũ teſtiũ.& per hãc euitat̃ falſitas & periuriũ.&ideo huic adhr̃ẽdũ.c.cũ tu.extra de teſti.vel poſito q̃ velimus capere deteriorẽ partẽ, q̃ intelliga t̃ de decimis antiquarũ vinearũ,tũc ẽt nõ ꝓbarẽt,qa tunc ꝓrianẽt confeſſioni partis,que eos produxit, quo caſu nunq̃
7 nulla admittit† ꝓcordia ad effectũ ꝓbãdi.Inn.in c. cũ ꝓtingat. in prin.de offi.delegã. Bar & alij.in l.ij §.creditũ. ff.ſi cert.pet. Pan.ĩ c.cũ Ioan.de fi.inſtru.Præterea non põt inficiari.q̃ hæc probatio nõ ſit dubia,cũ poſſit trahi ad alterã,vel alterã decimã,ergo nõ relcuabit ꝓbantẽ.c.in pñtia de.proba.l.nõ hoc. C.vnde legi.Itẽ aduertendũ eſt, q̃ ferè oẽs qui deponunt curatũ de Spinaſijs eſſe in quaſi poſſeſſione à tpe eorũ recordationis,ſunt oẽs ſingulares,pa dñt ſe ſcire,q̃ ipſi ſoluerunt cu
8 rato de Spinaſijs.ſunt.n.oẽs in dicto ſuo ſingulares.& † ſic nõ probant.Ita in terminis Pan.cõſi.42.qđ incipir,ex multis agitatis.vbi reprehendit alios qui aſſ intelligũt.Inno.in c. qualt &qñ.el.ij.de accuſ.Non obſtarẽt tex.in c.ad decimas.qa rñde
9 tur† multipliciter.Primò,q̃ loquit̃ qñ ſpoliat⁹ decimas quas poſſidebat ĩ aliena parochia pauco tpe poſſederat,ſecus autẽ ſi lõgo,vt in caſu nr̃o.Ita Gemi.&cotter alij in d.c.ad decimas. in verbo,aliquãdiu.Pan.&ſcribẽtes in c.cũ eccl̃a ſutrina.col. fi.de cau.poſſ.& proprie.ita intelligunt tex. in d.c. ad decimas. in verbo,aliquãdiu.Scdo loquitur qñ is qui habet i⁹ cõe pro ſe reperitur poſſidere,tũc denegatur ſpoliato reſtitutio,quia multa facta tenent quę fieri prohibentur.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.in ca.ad apoſtolicam. de reg. ſecus ſi is in cuius parochia ſunt illæ decimæ, non poſſideat. non enim danda eſt etiam domino rei licentia alterum poſſeſſorem ſpoliandi.l.ſi qs in tantã.& l.meminerint C.vnde vi.in caſu verò noſtro,conſtat etiam ex confeſſione ipſius de Spinaſijs,quod non poſſidebat.Ergonullo modo in iudicio poſſeſſorioeſt audiendus.Tertiò reſpondetur, quòd iuſtificata eſt poſſeſſio curati de Roſeto,ex curſu lõgiſſimi tpis,quæ habet vim tituli.l.iij.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti.c. ſuper quibuſdã.§.ꝓterea,de verb.ſigni & ſic põt dici,q̃ quaſi poſſeſſio curati de Roſeto iuſtificat̃ extitul.p̃ſcriptionis, q̃ ex curſu annorũ quadraginta completa fuit.c.de quarta.de præſcrip. quod loquitur in preſcriptione decimarũ,& ſi dicatur,q̃ non potuit curatus de Roſeto præſcribere quia vt fuiſſe in mala fide,ex quo ius cõe ſemper fuit contra ſe,arg.l. quemadmodũ. C.de agric.& cenſi.lib.xj.ad hæc rñdet Oldra.conſi.244.quod incipit,ad obiectus.colũ ij.verſ.ſecundò opponitur q̃ ex quo Papa ſtatuit tale ius ſic poſſe præſcribi, non poteſt præſcribẽs
10 habere malã fidem,cum † authoritate Papæ poſſideat, cuius ſunt omnia.ix.qu.iij.c.cuncta per mundum.& ita etiam rñdet Hoſt.in c.ſignificauit,extra de cenſi.Prætetea ex curſu lõgi tẽporis præſumitur bona fides.ſm Inno.in c.cum veniſſent. de in integ.reſt.Bar.in l.fi.C.vnde vi.Alex.cõſ.151.col.ij.vol.ij.Panor.conſi.89.col.iij.vol.pe.Are.conſi.112.Curt.ſenior conſil. 71.cum multis aliis authoritatibus,quas conſultò omittam, ne folia ad oſtentationem videar implere Laus Deo.

RESP. LIII. & de cauſa poſſeſſ. & proprietatis. VI.

QVONIAM interdicta retinendæ & recuperandæ contraria ſunt,quia interdictum retinendæ agentem poſſidere,aliud verò actorem poſſeſſione ſpoliatum eſſe deſiderat. Ideo ſnĩam latam in fauorem Reuerendiſſimi d.Archiepiſcopi Arelatenſis in ea parte qua pronunciatum fuit eundem Reuerend.d.Epiſcopum & eius eccleſiam reintegrandam & reſtituendam eſſe in poſſeſſionem ſeu quaſi exigendi cẽſum ſalmararũ quatuor annonæ ratione molendini contentioſi nullam fuiſſe & eſſe reſpondi tanquam non conformis libello,& ſuper non petitis lata,nam Clauarius prædicti Reuerend.d.Archiepiſcopi propoſuit remedium duntaxat retinendæ, quare iudex nullo iure potuit pronũciare ſuper poſſeſſorio recuperandæ,repugnante regula contrarietatis,quæ huiuſmodi iudicia cumulari nõ patitur,etiam in ſummariis iudiciis,nec clauſula ius & iuſtitiam miniſtrari operatur remedia contraria deducta videri poſſe,quinimo libellus ita conceptus nullo iure defendi poteſt,nec etiam hmõi repugnantia ex dictione quatenus,quæ & cauſatiuè & conditionaliter accipitur defendi poteſt,quin iudex contrarius ſit ſaltem deſiſtendo,quæ etiam ſententia ob expreſſ⁹m iuris errorẽ ſuſtineri nõ poteſt.Nec ſecunda ſententia primæ confirmatoria cum eodem nullitatis laboret vitio de iure pariter admitti poteſt,tum etiã quia huiuſmodi ſententia iniqua ac iniuſta eſt,eo quia actor extrema dictorum(vt oportet)interdictorum non probauit. Nec õmnes pariter teſtes producti quicquam preſtant,cum pars eorũ varij,ſingulares,nonnulli contrarij,ebrij,& de diuerſis tempo ribus ac ſolutionibus deponant. Quare reſpondi Gardellam ream ſm ea quæ proponuntur,iniuſtè ac inciuiliter condemnatam fuiſſe,& ſententias ipſas nullas de iure eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non conformis libello,& ſuper non petitis lata, eſt ipſo iure nulla,& vide nu.5.*
2 *Interdicta retinendæ & recuperandæ cumulari non poſſunt,obſtante regula contrarietatis.*
3 *Clauſula ius & iuſtitiam miniſtrari,nunquam operatur remedia contraria deducta videri poſſe.*
4 *Sententia continens contraria eſt ipſo iure nulla.*
6 *Sententia continens expreſſum iuris errorem eſt ipſo iure nulla.*
7 *Secunda ſententia confirmatoria primæ ſententiæ nullæ eodem nullitatis vitio pariter laborans,nulla eſt.*
8 *Agenti interdicto retinendæ duo incumbunt probanda, videlicet poſſeſſio,ſeu quaſi & inquietatio tam tempore motæ,quàm conteſtatæ litis.*
9 *Quaſi poſſeſſio percipiendi annuos fructus per denegationem ſolutionis amittitur.*
10 *Agenti interdicto recuperandæ duo incumbunt probanda,poſſeſſio videlicet,& ſpolium.*
11 *Teſtes ſingulares,maximè in tempore,nihil probant,& vide n. 15.*
12 *Teſtis in vno falſus,non probat in reliquis.*
13 *Teſtis contrarius nihil probat.*
14 *Ebrius teſtis eſſe non poteſt,& ibi videre licet an aduerſarius rixoſus,iniurius,& inimicus admittatur in teſtem.*
16 *Res inter alios acta,aliis etiam quo ad dominium & poſſeſſionem non præiudicat.*
17 *Poſſeſſio aut dominium per cataſtrum non probatur.*
18 *An teſtes ſingulares ſufficiant quando agitur de probanda poſſeſſione in genere,& vide nu.20.*
19 *An interdicto recuperandæ ſufficiat probare poſſeſſionem de præterito,& allegare poſſeſſionem de præſenti.*

Reſponſi interpret.

EX lõgo & inflato ꝓceſſu cãæ vertẽtis inter Clauariũ Reuer.d.Archiepiſc. Arelatẽſis agẽtẽ:& honeſtã filiã Honora-

ratam Gardellam se defendentem. duo dubia resultant. Primũ an sententiæ latæ in interdicto recuperãdæ, seu sup remedio can. querelam, de electi. tanquam non sint cõformes libello possint dici nullæ. Secundum, an iniquæ siue latæ proponantur in possessorio retinendæ, siue recuperandæ. ¶ Circa primum videtur sententiam, in ea parte in qua pronunciatum fuit, Reuerend. Archiepiscopum & eius ecclesiam reintegrandam & restituendam in possessionem seu quasi exigendi censum salmatarum quatuor annonæ dicti molendini, &c. fuisse
1 & esse nullam, quia † non est conformis libello, & lata super non petitis, l. vt fundus. ff. commu. diuid. cap. licet heli. de simo. quæ conclusio procedit etiam in iudiciis summariis. cle. sæpe. de verborum ſignific. maximè in iudicio possessorio, vt consuluit Cor. consi. 56. licet in hac. col. 3. lib. 2. Nam in libello Clauarius petit se manuteneri in sua quasi possessione exigendi, & sic intentauit interdictum retinendæ, quod aduersatur possessorio recuperandæ, quia vnum præsupponit agentẽ possidere, alterum præsupponit totum cõtrarium scilicet reũ possidere, & actorem possessione priuatum, & ideo non pos-
2 sunt ista duo † interdicta simul cumulari obstante regula contrarietatis. secundum gl. in l. si de vi. ff. de iudic. no. etiam in l. in certi. C. de interdi. per Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possess. cum igitur fuerit intentatum possessorium retinendæ, non debuit neque potuit iudex pronunciare super possessorio recuperandæ, nec huic conclusioni obstat cla illa vulgaris apposita in calce libelli, super quibus ius & iu
3 stitiam ministrari, quia talis cla † nunquam operatur q̃ actor videatur deduxisse remedium cõtrarium remedio intentato, quia si fieret transitus ad remedium contrarium, resultaret repugnantia, ad quam saluandam cla asserta nullam virtutẽ habet, secundùm Bald. in l. ij. C. de proba. & in l. edita. in fin. in repet. Perusina. C. de eden. quem refert & sequitur Dec. consil. 62. in causa quæ agitur. & in nostris terminis ita cõsuluit Soc. cõ si. 122. in causa dñę Iacobæ. col. j. in vlt. lib. Vlterius si pertinaci ter dicere velimus virtute clæ ius & iustitiam ministrari, intẽtatum fuisse possessorium recuperandæ, quod constat falsum esse, non tamen possumus dicere vtrunque remedium, videlicet tam retinendæ, quàm recuperandæ, fuisse cumulatum, qa vt s. dixi, regula cõtrarietatis obstat, vt etiã Bar. dicit in d. l. edita. in ij. regula impeditiua, & si fuisset vtrũque cumulatum, nõ posset libellus contraria continens saluari vllo modo, etiã prę textu dictæ clę, ſm Soc. in d. consi. 122. Hoc sic prę suppoſito, necesse est fateri inuitis dentibus q̃ sententia qua mediãte iudex pronunciauit Reuer. do. & eius ecclesiam fore manutenẽ
4 dam, & restituendam, sit nulla, nam sententia † continens contraria est ipso iure nulla. secundum glos. in cap. si is qui. §. cum ergo. ij. quę. iij. & Bart. in l. duo. ff. de re iud. Bald. in l. j. col. v. C. de fur. Nec ob. si dicatur quòd iudex non iudicauit Re. dominũ, & eius ecclesiam esse manutenendam & reintegrandam simpliciter, sed quatenus opus esset. Pronũciauit enim ecclesiam manutenendam, & quatenus opus sit reintegrãdam, quia nõ propterea euitatur contrarietas, aut enim illa dictio, quatenus, stat causatiuè, pro quia, vt in l. certum. ff. si cert. pet. & in l. si qs rogatus. ff. de fideic. liber. & tunc stat repugnantia, quia si opus est q̃ ecclesia restituat ad quasi possessionem exigẽdi cẽsum, ergo non possidet, & sic non debet manuteneri. Aut dictio quatenus stat conditionaliter. i. si opus est, vt no. p Bar. in l. j. ver. quero de aduerbiis quantitatis. ff. de condit. & demon. & no. in l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. j. & tunc licet iudex non sit contrarius persistendo, est tñ ꝓrius desistendo. ſm Bal. in d. l. j. col. v. versi. nota q̃ interdum. vult. n. index desistere & recedere à sñia p eũ lata de manutenendo ecclesiã in sua quasi possessione si opus sit. i. si non possideat, quo casu eam reintegrandam pronunciat. Et credo q̃ ista fuerit iudicãtis intẽtio. Sed tunc dico hanc sentẽtiam esse mero iure nullam, & inualidam, quia si dixerimus q̃ iudex verè & certitudinaliter recesserit à iudicio retinendæ, & solùm voluerit pronunciare sup possessorio recuperandæ, tunc clarũ est q̃ non potuit, neque
5 debuit, qa remedium † reintegrandæ non fuit in iudicio deductũ, neque peritũ, vt s. conclusum fuit Si verò dixerim⁹ quòd iudex non discesserit verè & certitudinaliter à iudicio retinẽdæ, sed sub cõditione si opus esset. i. si non esset ecclesia in possessione, & tũ sñia erit conditionalis, & incerta, ergo nulla. §. curare. insti. de act. l. j. & ij. C. de sent. q̃ si. cer. quanti. cũ si. ¶ Præterea dicta sñia continet expressum iuris errorem, dum in ea dicitur quòd cla, ius & iustitiam &c. facit contineri in libello interdictum restituendæ, cum hoc nullibi in iure scriptũ reperiatur, immo totũ oppositũ, vt hic deducitur, ergo ipso
6 † iure nulla. l. cum prolatis. ff. de re iud. l. 1. C. quã prouo. non est necessa. in prin. ff. q̃ sent. sine appel. rescin. in c. 1. extra de re iud. præsertim quia cõtinet iniustitiam. vt per Pan. in c. 1. & cap. in ter cæteras. col. 2. eo. tit. Et ista causa nullitatis fuit æquè principaliter deducta in ista causa appellationis, & ideo põt super ea. ferri sñia, nõ obstãte desertione appłonis, ſm Ang. de Are. in l. si expressim col. xij. ff. de appel. & maximè quia causa nullitatis fuit concessa. & super ea lis cõtestata & de ea cõstat ex processu, vt s. deductum fuit. Et quia sñia prima nulla ẽ, vt ex
7 prædictis apparet, cõcludendũ restat, q̃ ẽt scda † sñia cõfirmatoria, dicat ẽt nulla, quia vitiũ nullitatis, qd̃ est in prima, trãsfusum est etiã in scdam. Sed posito q̃ vitio nullitatis non peccarent, saltẽ retractandæ veniunt, quia iniquitatis & iniustitię morbo laborare vñr. Ad qd̃ ostẽdendũ pmitto illã vulgarem rłam, q̃ actore non probãte, reus ẽt si nihil præstiterit, est absoluẽdus. l. q accusare. C. de edẽ. c. j. vt eccle. benefi. c. cũ ecclesia sutrina. de cau. pos. & proprie. si mõ demonstrauero intentionem actoris nõ probari neq; iustificari ex iis quæ deducta fuerunt in processu, erit cõcludẽdum Gardellam reã iniustè & inciuiliter fuisse condemnatam. Agit Clauarius interdicto vti possidetis, vt ex medio concludendi apparet ſm Bar. in l. certi cõditio. in prin. ff. si cer. pe. & multoties idẽ Clauarius, siue eius procurator se intẽtasse dictum interdictum vti possidetis cõfessus fuit, vt apparet ex actis, & maximè in scedula exordiente ex hoc processũ. in quo interdicto debuit idem
3 tenebatur eam in vxorem capere cũ esset, vt presupponitur, virgo, aut dotare, aut pœnam corporalem subire & in electione ipsius est de iure can. c. 2 vbi Abb. & alij de adul. de iure ci. debuit relegari, & eius bona confiscari pro dimidia. inst. de pub. iu. §. 3. & si verò. Vnde cũ esset in electione ipsius Alex. vel dotare. vel eam sibi in vxorem deligere, dico, quòd ex verbis infinitiui temporis, vt sunt ista, promitto nõ ducere aliam, nisi ipsam, vt elegisse eam in vxorem, & ex electione inductum fuit matrimonium de presenti. ita in materia electionis probat text. in l. apud Iusidium. ff. de opti. lega. vbi si legatarius habens ius eligendi vnam ex plurib. reb. legatis, dicit promitto, vel volo accipere istã, ex hoc statim consummata est electio, & ex tunc illa res electa efficitur sua, ergo idem in casu isto. benè facit doct. Bar. in l. serui electione. in prin. ff. de leg. 1. cum ibi copiosè adductis per Mod. Simo. Alex. interrogatus à iudice dixisset promitto non accipere aliam nisi eam, videretur elegisse eam traducere, & non dotare sic idem si interrogetur à patre, idẽ rñdit, nam tunc verbum nisi, non potest ponere potentiam tantum, quia tenebatur alterum præcisè facere. d. c. 2. de adult. & quòd ista fuerit intentio partiũ constat ex dictis illorũ duorum religiosorum, qui subscripserunt se in dicta scedula, & qui apertè deponunt quòd Alex. tpe dictæ scedulæ, dixit & ꝓfessus fuit q̃d Ioan. erat eius vxor, & q̃ eam pro sua vxore renebat. istis n. duob. viris maximè religiosis plenè creditur. c. cõsultationi. de ꝓbationi. & q̃ credatur testib. q̃ se subscripserunt, quando deponunt perfectè de cõtentis in apocha. firmat Bar. in Auth. & si ꝑtus. de fide instr. Pan. in c. 2. eo. ti. Mod. præclarè in l. admonendi. de iure iur. & hoc quo ad scedulam, verum est ex solis testib. videtur concludenter probatum matrimoniũ,
4 pro cuius dilucidatione præmitto quòd duo † testes, etiam fœminæ sufficiant ad probandum matrimonium. c. super eo. el 2. de testi. si minè discurrant dicta testiũ diligenter, inuenietur probatum matrimoniũ non solum à duob. verũ ẽt à plurib. & non vno medio, sed diuersis. Primò, ex cõfessione ipsius Alex. de qua ponit Fran. Molini primus testis. & Lud Brito. & confessione ipsius Ioannæ, de qua ptiat ex dictis pluriũ, quæ con-
5 fessio † ꝓbat q̃ agitur de matrimonio. fm glo. Pan. & alios in c. super eo de eo qui cog. ꝓsang. vxo. suæ. & est text. in c. 2. & ibi not. Pan. de clandest. despons. Host. in summa de matri. col. 2. §. & qualiter. vers. sed ũ ambo. Rom. sing. 614. incip. Tu audisti. tex. in l. fi. C. de transc. Secundo nec ob. q̃ sit facta absente parte: quia quicquid sit de iu. ci. de æquitate canonica, non requiritur partis ꝓntia fm Ant. Cal. Imo. & Mod. in c. si cautio. de fi.
5 instr. & ista opinio est cõ. ita Dec. loquens in causa matrimoniali consi. 163 col. 3. in prin. Præterea ista cõfessio fuit reiterata præsente dicta do. Ioanna & acceptante, vt attestantur Ioãn. testis nonus. & Lud. decimus testis. Secundò constat de matrimonio ex dicto prædictæ Ioannę testis & Ludouici qui contestes clarissimè deponunt Alex. & dictam do. Ioannam in eorum præsentia per verba de pñti dicendo, Ego do tibi meum corpus in signum matrimonij. & tangendo sibi manum innicem contraxerunt matrimonium, per quæ verba cum consensum demonstrent, matrimonium legitimè contractũ fuit. c. si inter virum de spõs. Tertiò. posito q̃ ꝑ verba de quib. in scedula, nec per aliqua alia non esset ꝓctum matrimonium de pñti,
6 tamen negari nõ põt quin per talia verba de quib. in scedula, non sint ꝓcta sponsalia de futuro, quæ secuta † copula transiuerunt in matrimonium presumptum tali præsumptione contra quam non admittitur probatio in ꝓrium. ca. is qui fidẽ. de spons. & hoc latius deductum fuit per prædictum do. consulẽ tẽ. Et eo maximè quia vltra sponsalia & copulam, constat de cohabitatione, de constitutione dotis, de notatione, de osculo, procreatione liberorũ, de ꝓfessione parentum. de transmissione munerum, de tractatu matrimoniali. de fama quę licet singula non probent. vnita tñ probant. vt s. dixi, vt est casus in d.
7 c. illud. de præsumpt. vbi ex notatione, † cohabitatione & fama maximè si appareat de cõstitutione dotis dr̃ concludenter probatũ matrimoniũ. & quãquã in hoc casu ista cohabitatio non fuerit decennalis. tñ cõcurrunt alia plura indicia quæ operant tñ quantũ cohabitatio diuturna. Non enim diuturnitas cohabitationis est necessaria vbi alia indicia sufficienter concurrunt. vt cõcludit ibi Car. & Anto. ¶ Ex præmissis remanent resoluta s. in oppositũ deducta, & specialiter rñdendo ad primum dũ dr̃ q̃ verba illa sunt de futuro. & ꝑ tñ non inducũt matrimonium de pñti. Ego rñdeo verum esse, nisi aliter appareat de mente partium de qua apparet in casu isto, vt patet ex s. allegatis. nec retragatur quòd d. Ioanna esset absens, & con
☞ senserit ex interuallo, quia cõis opi. est contra Arch. quòd matrimoniũ valeat dato q̃ consensus alterius subsequat ex interuallo, fm Host. Io. And. & alios in ca. dilectus. de spons. Host. & Card. in c. ex literis. el 2. eo. ti. Præterea vt dr̃ pater dictæ Ioannę habebat mandatum speciale ad hoc. certum autem est q̃ ꝑ procuratorem, immo per nuntium matrimonium contrahi posset. c. fina. de procu. lib. 6. Pan. in c. ex parte. el 2. de conuer.

coniug.

coniug. non obstat eum dicitur, q̄ verba illa ponunt tantum potentiam, & sic non inducunt sponsalia de futuro, quia in q̄trarium est communis opinio, vt per Pan. & alios in d.c. ex literis. & si rectè considerentur prima verba negatiua abnegāt actum iuris, licet non actum facti, ergo dictio, nisi, subsequēs ponit potentiam & actum iuris. nō obstat q̄ ptestatio præcedens declarat quo animo gerantur actus subsequentes, qa verum in dubio, secus si clarè q̄stet de q̄riavoluntate prout q̄stat manifestè in casu isto. Tertio respōdet, q̄remota ēt scedula df ex testib. q̄stare de vero matrimonio, vt s. demōstraui. Ex qb. omnib. q̄cludendum restat d. Ale. non posse sine peccato recusare eam famosam vxorem, attento maximè (vt præmissum est) quòd liberos suscepit. Laus Deo.

RESP. LXXII. & de Sponsalib. III.

CVM Regulariter duo testes sufficiant ad probādū quodcunque negotiū, ideo videbatur prima fronte bene iudicatum, & ritè ac rectè delatum iuramentum suppletorium fuisse Ioanni Paulo: Qui matrimonium contractū in forma per verba præsentia inter eū & Gaspardam Chaberte per duos testes, probauit, etiam dato quòd vnus testis integer non esset, dummodo alter omni exceptione careat. Verū tamen quoniā fm ea quæ proponuntur, testes pro parte Ioānis producti non sunt omni exceptione maiores prout in matrimonio requiritur, sed varij & q̄rij sunt, ac vnus est amicus amicitia inordinata: Ideo nullam penitus fidem faciunt. Quid, q̄ etsi dictū matrimonium semiplenè probaret, nullo tn iure iurm suppletorium eidem Ioanni per iudicem erat deferēdū: quia iuramentum hmōi deferri non debet nisi probo viro, & cui nihil opponi possit, & maximè deferēdū nō est verisimiliter deieraturo. Sed Ioānem ob inteſtinum amorem quo dictā Gaspardam prosequitur nō deieraturū quis affirmabit? aut saltem non præsumat? cùm amantes amētes esse facilè constet. Quare malè iudicatum per iudicē à quo, & bene p Clementē à delatione prædicti iuramenti appellatum esse respondi.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter duo testes sufficiunt ad probandum quodcūque negotiū. & quid in casu matrimoniali, vide, nu.* 4.
2 *An iramentum suppletiuū parti veniat deferendū, & quomodo procedat. & vide nu.* 18.
3 *An in causa matrimoniali liceat deferre iuramentū suppletoriū? & vide quomodo procedat. nu.* 15.
5 *Amicitia inordinata repellit testem à testimonio.*
6 *Testis habens affectionem ad causam generaliter repellitur.*
7 *Testis ratione conuersationis & familiaritatis repellitur à testimonio.*
8 *Testis ratione paupertatis redditur suspectus adeo quòd non est omni exceptione maior.*
9 *Testis contrarius non admittitur. & vide nu.* 11.
10 *Testis vilis exercens artem vilissimam non admittitur.*
12 *Testis viginti annis repellitur à testimonio in criminalib.*
13 *Testes contrarij reducuntur ad concordiam non vt probent, sed vt excusentur à periurio.*
14 *Testes vtentes eisdē verbis. eodēmque sermone subornati præsumunt.*
16 *An valeat argumentum de matrimonio spirituali ad carnale.*
17 *Decisio Panor. & sequacium in c. mulieri. quomodo procedat. Geminianus fuit maximus Canonista.*

Qui veritas est, me dirigat in viam veritatis.

Respon. Interpret.

VISIS Sententia, & attestationib. productis in causa matrimoniali, quæ vertitur inter Ioannem Pauli actorem ex vna, & Clementem de Puteo, & Gaspardam Chaberte reos ex altera. Prima consideratione videbatur mihi bene iudicatum, quia duob. testib. probat matrimonium prius fuisse contractū inter ipsum Ioannem & Gaspardam. *Regulariter. n. duo* † testes sufficiunt ad probādum quodcunque negotium. c. in omni negotio. de testib. vbi numerus. ff. eo. etiam ad probandum matrimonium. cap. super eo. el. 2. extra eo. tit. Duo enim testes, videlicet, Gregorius Martini, & Honoratus Baioli deponunt qualiter in itinere publico, (pres de celuy sain & Pierre de pierre,) dictus Ioānes dixit ipsis duobus testibus. (Vous autres me serez tesmoings comment Gaspard me donne son corps. Ne sais tu pas Gaspard? Laquelle respondit, ouy bien. Et idem Ioannes respondit, & (ie le reçois) Et postea ipse Ioannes dixit. (Et ie donne mon corps, en nom de mariage, & ipsa Gasparda respondit, & ie le reçois.) Et tunc se inuicē oscu-

lati sunt, &c. Per quæ verba cùm sint de p̄senti, & prolata in forma matrimonij, procul dubio videtur contractum verum matrimonium. c. ex literis. c. tua nos. de spon. Nec obstare videtur quòd Gregorius primus testis sit amicus & familiaris dicti Io. quia cum Honoratus alter testis sit integer, & omni excep-
2 ptione maior, potuit iudex à quo deferre † iurm dicto Ioanni in supplementum probationis, ex quo iuramēto suppletorio resultat perfecta probatio. l. in bonę fidei. C. de rebus cred. ca. fin. de iureiuran. & licet gl. in c. mulieri. eo. titu. & in l. ait prę-
§. tor. la j. ff. eo. tit. in fine princip. & ibi Bar & alij *communiter* concludant in causa matrimoniali non esse deferendum iuramē-
3 tum in supplementum, quia causa matrimonialis dicitur † causa ardua, secundum Spec. in tit. de reserip. præsenta. §. ratione quoque formæ. & Panor. in cap. causam matrimonij. de offici. leg. cum concordantibus, de quibus per Mod. in cap. si pro debilitate. eo. tit. Tamen vbi reperiatur actorem plusquam semiplenè probasse, potest iudex consideratis qualitatibus personarum & causæ deferre iuramentum in supplementum, puta si actor fuit vir optimę vitæ, neque sit inferior puella contra quam agit, & habeat duos testes, vnum integrum, alium non omnino integrum. ita formaliter concludit Panor. in capit, mulieri. colum. 3. versic. ego in dubio crederem. quem sequuntur Pau. Saly. Alex. & Ias. in di. l. ait prætor. la j. ad finem, princip. ff. de iureiur. & idem Ias. in l. admonendi eod. titu & Iacob. Aufreri. Tolosana decisi. 171. & Alex. consi. 119. alias 121, viso processu. lib. 2. & Bal. consi. 123. causa matrimonialis l b. 2. Quorum auctoritatibus do. iudex à quo motus fuit ad deferendum iuramentum ipsi Ioanni, & iudicandum pro eo. Præmissis tamen non obstantib. intrepidè respondeo malè & pessimè fuisse iudicatum, & benè appellatum. Et ad istud clarissimè demonstrandum duo faciam. Primò ostendam non fuisse semiplenè probatum matrimonium inter ipsum Ioannem & Gaspardam. Secundò demonstrabo etiam si fuisset plusquam semiplenè probatum non tamen iudicem debuisse, nec potuisse deferre iuramentum in supplementum ipsi Ioanni actori. Pro cuius dilucidatione prę̄suppono vnam con-
4 clusionem notissimam in causa † matrimoniali, maximè quando agitur de dissolutione alterius matrimonij requiruntur testes omni exceptione maiores fm glo. in cap. j. & ibi Pan. in quarto nota. de consangui. & affi. & in cap. in literis. in glo. fi. de testib. Andr. Sic. consi 45. column. j. lib. j. & consi. 54. column. 3. eo. lib. Decius consi. 310. visis diligenter. Et requiritur quòd sint rogati secundum Specul. titu. de testi. §. j. versic. Item quòd non fuit rogatus. & gloss. in capit. testes. §. de iis, 3. quæstio. ix. & in c. si testes. 4. q. 3. Andr. Sicul. in d. consi. 45. col. 1. & Decius in d. consi. 310 Istis sic præmissis, respondeo matrimonium non fuisse semiplenè probatum per Ioannem actorem. duo enim tantum deponunt de huiusmodi prętenso matrimonio. s. prædicti Grægorius, & Honoratus. & neuter potest dici testis omni exceptione maior. nam Gregorius primus testis est amicissimus ipsius Ioānis, vt patet ex depositione eiusdemmet Gregorij, qui deponit, quòd poneret vitam
5 pro ipso Ioanne. amicus enim † qui pro amico testificatur non dicitur integer testis, nec omni exceptione maior. secundum Ant. & Pan. Imo. & alios in c. quoties. de test. Ale. consi. 13. & consi. 18. lib. j. & Decius consi. 163. vbi dicit quòd testis benivolus parti, non potest dici omni exceptione maior. immo propter amicitiam inordinatam non solum fides diminuitur sed etiam potest testis à testimonio repelli. secundum Bald. in cap. j. de test Consideret autem integritas iudicis ad quem, an testis, qui affirmauit quòd poneret vitam pro Ioanne, sit ei amicitia inordinata. Nam si vitam poneret pro eo, etiam testimonium verisimiliter mutabit. Secundò, non est integer testis alia ratione, quia interrogatus respondit, quòd vellet ipsum Ioannem reportare victoriam. Ex hoc arguitur quòd habet affectionem ad causam in fauorem ipsius Ioannis. ergo eius testimonium reiiciendum. Ita in proposito decidit Cæpola caute. lxxiiij. testibus examinandis. & generaliter habens
6 † affectionem ad causam repellitur. l. fina. de testibus. maximè in causa matrimoniali, secundum Panor. in cap. videtur. qui matri. accus poss. & Decius in d. consi. 110. colum. 3. Tertia ratione suspectum est testimonium huius testis, quia est familiaris, & conuersatur quotidie in tabernis & popinis cum dicto Ioanne, vt ipsemet testis fatetur, & aliis testibus compro-
7 batur. Ratione autem conuersationis † & familiaritatis repellitur testis. c. repellantur. de accu. benè facit quod dicit Bart. in l. j. §. prævaricatorem. ff. ad turpilia. & traditur per Guido. in tract. maleficiorū. in tit. de presumpt. & indici. col. v. Item quae
8 ta rōne non est integer testis, quia nihil possidet, & sic † pauper. Ratione autem paupertatis testis redditur suspectus, ita quòd non potest dici omni exceptione maior. l. 3 ff. de testi. &

Responsa Io. Fran. Rip. in lib. quartum Decre.

in causa matrimoniali quę equiparat causę criminali pp eius arduitatē Nam de statu hominis & perpetua seruitute tractatur, fm Alexā. cōsi. 143. qm abundè. lib. ij. Item quinta rōne hic
9 testis nullam fidem facit, qa est sibi † ꝯrius. c. cū tu. de testi. l. q falsa vel varia. ff. c. nā prius deponit, qꝺ nesciebat an Ioannes esset talia facturus. postea in secundis interrogatorijs rndet, qꝺ in itinere Ioānes ei ꝓdixerat, qꝺ Gasparda expectabat eū ad S. Petrum, quæ volebat eum alloqui, & qꝺ deberet secum ire. Pluribus etiā alijs rōnib. testimonium huius testis nō est recipiēdum, quas seriosius deduxerunt prestantes dni aduocati dicti Clementis, ad quos me remitto. Secundus etiam testis Honoratus Baioli, non potest dici integer testis q̄ pluribus ēt rationi
10 bus. Primò, quia est vilis † persona, exercens artem vilissimā
11 macellatus. Secundo, quia est minor † viginti annis, qa in criminalib. repellit à testimonio. l. ī testimonium. ff. de testi. ergo etiam ī cām mrimoniali, quę cāæ criminali par est, vt s. dixi. Tertiò, qa priat Gregorio primo testi ī pluribus, vnd cum sint in-
12 ter se † ꝯrij, & varij neuter probabit. dic. c. cum tu. & d. l. qui falsa. Contrariant primò ī tpe, quia vnus deponit ꝯctum fuisse matrimoniū circa meridiem. s. xj. & xij. horam, alter dicit in tet meridiem & vesperas. discordāt ēt in loco, qa vnus deponit qꝺ Gaspardā erat in itinere propè oratorium. s. Petri, qñ Ioānes vocauit ipsos testes vt adessent mrimonio. Alter verò dicit qꝺ vidit Gaspardā dās le iardin de Carmentray. & qꝺ à via discessit Ioānes & accessit ad eā. & paulo post idē Ioānes vocauit ipsos testes, vt illuc accederēt. Ecce aperta discordia, & ꝯrietas, qa vnus dicit qꝺ transeūdo ante oratoriū. S. Petri inuenerunt ibi Gaspardā, & ibi fuerūt rogati vt essent testes. Alter dicit qꝺ eundo oēs tres versus. S. Petrū viderūt Gaspardā à lōge venientem du iardin de Carmētray. & qꝺ ab ipsis testibus recessit Ioānes, & iuit ad Gaspardam, & posteà ipsi testes vocati illuc ēt accesserunt, & sic discordāt in duob. Primò ī loco in quo inuenerūt Gaspardā. Secundò in loco in quo dī celebratum mrimoniū. Item in alio discordant, qa vnus deponit qꝺ ꝯcto mrimonio Gasparda iuit versus suū iardinum. Alter verò dicit qꝺ iuit versus S. Petrum. Nec vlla ꝯcordia vt posse adaptari. & vbi aliqua subtili ꝯsideratione possent ꝯcordari, tñ
13 talis ꝯcordia † admittenda foret solum vt testes euitarēt periurium, non vt probarēt fm Io. And. in addi. Spe. in tit. de test. §. iam de interrogatorijs. Ang. & Pan. in d. c. cum tu. Ale. in ꝯs. cxvj. lib. j. Adde qꝺ a'ia rone non videntur integri testes qa eis
14 dem verbis † eodémque sermone vtuntur in eorū depositionib quo casu subornati ꝓsumūtur. vt in cā mrimoniali rndet Dec. cōs. 163. Adde etiam qꝺ non fuerūt rogati prout requrit, & licet fuerint requisiti ꝑ Ioānē Pauli vt cessent testes, tñ hoc non sufficit q̄ oportet qꝺ ab ambabus partib. regent, vt ꝑ gl. in §. nos. aūt. in auc. de tab. & per Ang. in §. & licet. in auth. de test. sup hoc tñ non facio magnam vim, qa plures sunt q̄ volunt qꝺ in cā mrimoniali non requirat rogitus testium. Qd in ꝓposito refert Dec. cōs. 163. col. iij. Aliis ēt rōnib. reprobatur testimoniū huius scdi testis ꝑ dnos aduocatos d. Clementis, quas nō repeto. Ex quib. oīb. c. ariſsimè ꝯstat qꝺ nec plenè, nec semiplenè probetur hmōi clādestinum mrimoniū cū nullus adsit integer testis. Quibus stantib. nō oportet quærere de iuramento suppletorio, qd nunq̄ defertur nisi sit saltem semiplenè ꝓbatū. iuxta tradita ꝑ glo. Bar. & alios in l. admonendi. ff. de iureiu. Vt tñ veritas clarius eluceſcat, venio ad fm, & dico non fuisse nec esse deferendum ufm in supplementum d. Ioanni, ēt si plusq̄ semiplenè probasset intentionē suā, qa ī cā mrimoniali, vt potè in cā graui & ardua, in qua de statu homi
15 nis perpetuò agit, non defert iufm † in supplemētum. fm gl. §. & cōter Doc. in d. ait prætor. l. j. in prin. & ī d. ca. mulieri. Ale. consi. 149 q̄ abundè. li. ij. Gem. consi. 60. super ꝓmisso dubio. col. fin. Dec. in d. consi. 123. & cōs. 146. & cons. 310. Nec obstat dd qꝺ ē ī arbitrio iudicis deferre vel n ꝯsideratis qualitatibus ꝑsonarū & cāę fm Pan. in d. c. mulieri & alios ꝛ. allegatos. Quia rndet tripliciter. Primò qꝺ opinio Pan. & sequacium nō est vera. & ꝯriū tenent Card. & Imo. ī d. c. mulieri, vbi Car. ingt. qꝺ si Pōtifices voluissent in cā mrimoniali locū esse iuro suppletorio, verisimiliter statuissent ī aliquo canone, cū tot & tāta iura fecerīt in hac materia, & in ꝯriū adducit tex. in c. sup eo. de testi. & ꝯrium tenet Gem. in d. cons. 61. vbi erat ꝓbatū mrimonium ꝑ vnum testem ītegrum, & plures alias præsumptiones, & tñ rndet non esse deferēdū iufm ī supplementum, & idem voluit Dec. in d. consi. 113. & 110. Contrariū etiam ꝯsuluit Soc. in j. vol. consi. 136. Præstantissime doctor. qd est repetitū in ij. volu. consi. 155. pro quo ēt adduco Fel. in c. ve
16 niens. el. j. in vt. no. de testi. Et ego cōprobo arguendo † de mrimonio spirituali ad carnale, qd ē optimū argm. c. inter corporalia, de transla. præla. Nam in causis beneficialibus ad prebendum titulum non defertur iufm in supplementum, quia sunt causæ graues, & quia magnū est periculū quòd ecclesia regatur per intrusum. fm Bal. in d. l. bonæ fidei. & traditur in c. j. de reg. iur. lib. 6. est tex. & ibi no. per Gem. in d. c. 1. de eo qui mitt. in pos. cau. rei seruan. col. fi. ita ergo dicendum in cā matrimonij carnalis ad probandum titulū matrimonij, qꝺ non sit defe-
17 rendum iufm. Secundò rndetur, qꝺ decisio Pan. in d. c. mulieri. & sequacium, qꝺ sit arbitrariū, procedit qñ agitur solum inter virum prætendentem se ꝯxisse & mulierem negātem. quæ alteri nondū est desponsata. non aūt procedit quando agitur de dissolutione alterius matrimonij de quo legitimè constat. Ita notabiliter declarat Pau. de Ca. in d. l. ait prætor. in fi. prin. quem do. iudex à quo allegat pro iustificatione suæ sentētię. Sed eam destruit, vt patet ad oculum Et qꝺ ita sit intelligēda opin. Pan. & sequa patet euidentissimè, quia vbi agitur solum inter virum, & mulierem non nuptam alteri. probatio per vnum testem, famam & confessionem est sufficiens probatio. c. 1. de appel. c. veniens. el. j. & ibi no. de testi. Iuerò agatur ītер duos contendentes de fedère matrimonij eiusdē mulieris, si vnus probat prius ꝯxisse matrimonium clādestinum per vnum testem, famam. & confessionem mulieris & alter probat secundo loco ꝯxisse per duos testes legitimos, vel per instrumentū, dēt secundus obtinere & illi adiudicanda est vxor, fm
Vincen. do. antiquis. Ant. & alios cōter. excepto Cardinali in c. 2. de cland. despon. & ita tenet Soci. consi. cclxx. consideratis iis col. lib. 2. Pro ista opi. notanter decidit capella Tolosana decis. clxxj & clxxij. & ibi videat glos. quę optimè interminis cām decidit quā videre necesse est. Non ergo habet locū dilatio iufi. qñ agitur de sponsa duorum, & vnus plenè probauit, & alter non. & ita signanter cōsuluit Gem. maximus Canonista consil. 22. super dubiis. vbi distinguit aut disputatur inter duos de fedère matrimonij eiusdē puellæ, & tunc si pares sunt probationes, ferenda est sententia pro primo matr mo. c. si inter. de spon. & spon. duorum, qaasi per totum. Aut probationes non sunt æquales quia primum matrimonium nō est plenè probatum, fm aūt est plenè probatum, & tunc ferenda est sententia pro secundo matrimonio plenè probato. c. sicut. de testi. & c. tenor. & ibi gl. in verbo subarrasset. de re iudi. Tertiò rndetur qꝺ posito qꝺ aliàs in causa matrimoniali iudex possit deferre iuramentum in supplementum, oportet qꝺ actor q̄
18 petit illud sibi deferri, sit † vir optimæ vitæ, & cui nihil opponi possit. ita dicit ipsemet Pan. & probatur. quia (vt s. dixi) testes in cā matrimoniali debent esse oī exceptione maiores. Is aūt qui petit sibi iufm deferri succedit loco vnius testis. l. fi. C. de fideicō. ergo ēt ipse debet esse omni exceptione maior. Et non solum in cā matrimoniali, sed ēt in qualibet alia causa iufm non defertur in supplementum personæ vili vel alias infami, fm Bar. in d. l. admonendi. col. fi. vnde fœneratori non est deferendum, fm Io. Andr. & cōter Canonistas in d. c. fi & legistas in d. l. in bonæ fidei. Item istud iufm nunquam deferendum est verisimiliter deieraturo fm Bal. in l. j. in 2. no. C. de indic. vidu. tol. & in l. quæ sub ꝯditione ff. de condi. instit. Nec est, contra quem vehemens ex facti qualitate præsumptio insurgit. fm. Fel. in cap. 2. col. pe. de cōsti. & not. per gl. in l. j. C. qui & ad quos. Quæ omnia si considerasset do iudex à quo non detulisset, nec deferre debuisset iuramentum in supplementum Ioanni Paulo, verisimiliter deieraturo, cum esset & sit captus amore dictæ Gaspardæ, vt ex attestationibus plurimorum apparet. Amantes n. vt fruantur amica, vtque compotes fiant, cælum & terram destruerent, milleque periuria facerent vnde ait Amoris præceptor Ouidius, Iupiter ex alto periuria ridet amantum. & alibi inquit Poeta. Improbe amor quid nō mortalia pectora cogis! cum aliis adductis in silua nuptiali fol. 4. ad fi. 4 col. vbi inter cætera dicitur, quòd omnia vincit amor, qui miscet oē fas atque nefas, & quòd igneus est ille furor, qui nescit habere modum. hinc est quòd dictus Ioannes tentauit veneno, varijsque modis perdere ipsum Clementem, vt ex processu criminali dicitur apparere. Ex facti etiam qualitate insurgit vehemens præsumptio qꝺ nunquam contraxit matrimonium cum dicta Gaspardа, quia in termino bannorum non se opposuit. iuxta no. in l. fi. eo tpe. C. de remit. pig. &c. in. de clandest. despon. & c. cum in tua. qui mat. accus. poss. Item ex eo quod postquam scivit contractum fuisse matrimoniū in faciem ecclesiæ cum dicto Clemente protestatus est quòd ipse volebat quærere aliam vxorem, & quòd faceret dictam Gaspardā portare Laguilleie, & ire ad Lupanar. quæ sunt euidentissima. argu. qꝺ non contraxerit cum d. Gaspardа. Ex quib. & aliis de quibus in allegationibus deductis per alios dominos allegantes pro Clemente, mihi videtur pronunciandum benè appellatum, & malè iudicatum. & ita ego pronunciarē, si huius causę iudex esset, vt in simili causa matrimoniali attestatur Dec. in d. cons. 52. in fi.

Respon

RESP. LXXIII. & de Sponsalib. IIII.

NON creditur Ludouico asserenti se cognouisse Odiliã vxorẽ Andreæ fratris, nisi idoneis testib. vel aliis legitimis probationib. id comprobetur. Verũ cũ huiusmodi testes producti varij partim singulares, partim infames, & non verisimilia deponentes manifestè probentur, nihil ideo probãt, nullamque fidem facit Odiliæ confessio facta Iacobo parochiali presbytero, tum quia ambigua, tũ quia cõfessio coniugis cõtra maritum nullius est momenti, nisi contenta in cõfessione testes idoneos probentur, ne sit in facultate coniugis prosilire ad confessionem contra matrimonium, & hac captione à matrimonio pro arbitrio discedere, quare prædictum matrimonium nullo iure dissolui potest.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus c. de eo qui cogno. consang. vxor. fuę.*
2 *Testis varius non probat.*
3 *Concordia testium admittitur non ad effectum probãdi, sed vt excusentur à pœna.*
4 *Infames de iure à testimonio repelluntur, necnon viles personæ, & pauperes.*
5 *Confessio cõiugis cõtra maritũ nihil probat, nisi adsint idonei testes.*
6 *Testis singularis & non verisimilia deponens, idoneus non est.*
7 *Idoneus testis is dicitur, cuius fides nulla exceptione elidi potest.*

Respon. Interpret.

IN Dubiis causis maximè spiritualib. semper putaui periculosum facere iudicium. Et ideo in cã hac sperationis mrimonij lubentissimè recusassem respõdere, nisi probitas Odiliæ de pigono multiplici testimonio mihi fuisset commendata. Studendo breuitati conabor demonstrare non fuisse probatum, q̃ Lud. Germ. frater Andreæ vnquam cognouerit carnaliter p̃ dictam Odiliam, & ideo non esse dissoluendum matrimoniũ prætextu illicitę affinitatis. Et pro fundamento assumo tex. in
1 c. de illo. † de eo qui cog. consang. vxo. suæ. vbi dicitur q̃ non creditur fratri asserenti se cognouisse vxorem fratris ante cõtractum matrimonium, nisi aliis idoneis testib. hoc fuerit probatum, & in casu nostro fratris testimonium suspectissimum videri debet, ex eo quia frater neque dum tractaretur matrimonium, neque post per lõga tempora reuelauit fratri impedimentum affinitatis illegitimæ seu illicitæ. non. n. verisimile videtur, q̃ tanto tempore fuerit in mora dandi fraternã monitionem suo fratri. c. nouit. de iudi. est etiam suspectissimum ipsius testimonium, quia agitur de dissoluẽdo matrimonio fratris, qui diuitiis superat ipsam Odiliam pauperem comparatiuè ad ipsum Andream. arg. c. super eo. cl 2. de testi. meritò Papa voluit, q̃ vltra testimonium fratris requirantur alij duo testes idonei. Discutiam' ergo testes in hac causa examinatos, & videamus si duo sint idonei testes qui supercopula iter Ludo. & Odiliã contracta deponunt. Tres reperio testes deposuisse. Primus est Stephanus troleti, qui variauit, vnum dixit in iu
2 dicio fori, aliud in iudicio poli. Ideo tanquam varius † nõ probat. l. qui falsa vel varia. ff. de testib. c. si testes omnes. §. qui falsa, vel varia. 4. q. 3. Nec obst. si dicatur, standum esse primo dicto in iudicio fori. c. sicut. de testi. p̃ quem ita tenent etiam Cardi. in c. veniens. 2. col. pen. eo ti. & De. consi. 185. vbi varia consilia ad istud propositum adducit, quia concedo, quòd primum dictum pręualet, & ita loquuntur doct. tamen dico, q̃ primo dicto detrahitur fides per secundum dictum contrarium, & istud non negant doct. immo volunt, quòd talis testis nõ dicatur testis integer & idoneus, ita tenet Inno. in ca. præterea. de testi. cog. & Cardi. in d. c. veniens. vbi infert, q̃ ex dicto talis testis non potest iudex deferre iuramentum in supplementum. sequuntur Pan. & Fely. in c. cum in tua. de testi. Immo ibi volunt q̃ talis p̃ magnam suspicionem falsitatis possit subiici torturæ. Itẽ contrariatur Ludo. fratri, qui deponit se emisse ad dictam Odiliam vnã somatã bladi per dictum Troleti, ipse verò Troleti deponit q̃ misit solũ dimidiam somatã, item Ludouicus q̃ nullus aderat, qñ cognouit dictam Odiliam, nisi duo seruitores, quos in specie nominat, & inter quos non est nominatus idem Troleti, & tñ ipse attestatur q̃ erat præsens quãdo Lud. cognouit, ipsam Odiliam, & p̃r est vnus ex testib. ꝓtra Susannã. Nec ob. si quis vellet saluare huiusmodi p̃rietates p̃ actuum multiplicationẽ. iuxta not. in c. cũ tu. de testi. qa talis
3 concordia † nõ admittitur ad effectum q̃ testes probent, sed
5 vt excusentur à pœna falsi, ſm Bar. & *communiter* doct. in l. j. ff si cer. pet. & in l. j. ff. de noui ope. nũci. gl. & canonistæ in cap. in nostra. de testi. Anto. & Pan. in d. c. cũ tu. Alex. consi. 116. libr. j. cũ aliis infinitis auctoritatibus, quas omitto. Item idem Troleti faretur de mandato dicti Ludo. subtraxisse dictam mediã somatã frumenti patri ipsius Ludouici per furtum, quò fit vt ipse reus furti dicatur, tanquam opẽ furto dederit. l. is qui opem. ff. de fur. & pariter furti tenetur idẽ Ludo. l. si quis vxori. § sed si filius. ff. de fur. Fur aũt est infamis. l. non debet. ff. de do-
4 lo. ergo neuter † põt dici idoneus testis. l. 3. § lege Iul. ff. de testi. c. licet ex quadã. c. testimonium. eo. tit. Itẽ est vilis persona deponens in causa ardua, ergo minus idoneus ſm Spec. tit. de testi. §. j. versi. item quòd est artifex, & in spẽ quòd vilitas operetur, q̃ testes non dicantur idonei, firmat And. Sicu. consi. 32. colu. 8. lib. j. facit dictũ Bart. in l. j. §. idẽ Cornelio. ff. de quęstio. Item est pauper, ergo non integer p̃ præsumptionẽ, ne lucri causa fuerit testificatus, ſm Spec. in d. § j. versi. itẽ q̃ est pauper. & Barb. in d. consi. 32. col. 8. Secundus testis d. presbyter Iacobus parochialis sacerdos deponit, q̃ interrogata ab ipso si confessa fuerat Andreę eius marito, se antea fuisse cognitam à dicto Ludo. respondit, ipse scit cãm. hæc responsio negari non potest quin sit ambigua, & ideo declaratio spectat ipsi Odiliæ. l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. Et dato quòd sonaret in affirmatiuam. q. d. ipse Andreas scit causam quare fuerim cõfessa, tamẽ sonaret in affirmatiuam suspectam. q. d. ipse scit quòd non fui confessa spontè, sed fortè p̃ metũ, & minas, aut verbera, vel ob aliam causam compulsiuam. Prętera, dato q̃ ipsa
5 fuit confessa expressè, tamen confessio coniugis † cõtra maritum nihil probat, nisi contenta in cõfessione probentur per testes idoneos. c. super eo. de eo qui cog. consang. vxo. suæ. ne sit in facultate coniugis prosilire ad confessionem contra matrimonium. & hoc modo pro arbitrio discedere à matrimonio, vt ibi dicit Papa. Item ipse testis in hoc est singularis, & ad probãdũ cõfessionẽ requirũtur duo testes, vt in specie p̃ Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. Nec obst. q̃ ipsa Odilia promiserit stare eius dicto, quo casu vnus testis probat plenè, ſm Bart. in l. Theopõpus. ff. de do. præleg. quia verum in his in quibus pars potest renũciare probationibus, & sibi pro arbitrio præiudicare. Secus in causa matrimoniali, cuius dissolutio nõ pẽdet à facultate alicuius partis, ſm Pan. in c. mulieri. de iureiur. qui per istã rationẽ tenet, q̃ in causa matrimoniali non defertur iurm à parte parti, nec in supplemẽtũ probationũ. Gemi. consi. 33. ad fin. cũ solitis concor. & ea rõne quia propria confessio nõ probat contra matrimoniũ, eadẽ ratione non præiudicabit matrimonio consensus & promissio standi dicto vnius tm̃, nisi adsit alia sufficiens probatio. d. c. super eo. Tertius testis Petrus Gaudem deponit non verisimilia & sibi inuicem repugnantia, dicit enim quòd vidit Ludouicum tunc eius dñm volentẽ deflorare Odiliam, & eã amplexantẽ, & quòd se occultauit donec opus esset consummatũ, postea subiicit, q̃ ingressus dixit domino suo, vos estis bene infans. Consideret quilibet sensati cerebri, an sit verisimile seruũ reprehendere dñm de delicto, cui poterat obuiare, & noluit. Certè non cadit in mentem, non enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, & error cui non resistitur, approbatur. c. error. & c. consentire. lxxxiij. dist. ca. qui consentit. xj. q. 3. Si ergo errorem fatetur approbasse, qũo verisimile est q̃ postea redarguerit magistrũ, qs credit hoc? Scriptũ est. n. apud apostolũ, maiorẽ te ne redarguas. cùm itaque
6 verisimilia non deponat, non est idoneus † testis, immo suspectus de falso, vt dicit Pan. in ca. quia verisimile. de p̃sum. Barb. consi. 47. n. 33. vol. j. Præterea est singularis, dicit. n. quòd vidit Lud. cognoscere Odiliam de die paulo ante vesperas, Troleti verò dicit, quòd vidit de nocte, & sic tanquam singulares nõ probant. l. iurisiur. C. de test. cap. in omni negotio. cum vulg. de test. sic. n. deponebant testes contra Susannam. vnus. n. dicebat sub pomo, alter sub ficu. Ex præmissis restat concludendum
7 q̃ nullus istorum testium dicitur idoneus. † quia is idoneus testis dicitur, cuius fides nulla exceptione elidi põt ſm glo. in §. item verborum. in verbo idoneus. insti. de inuti. stip. Restat etiã concludendum non fuisse probatam copulam Ludouici cum dicta Odilia, quia vltra confessionem ipsius Lud. requiruntur alii duo testes idonei. d. c. de illo. qui non repelluntur in hac causa, igitur, &c. Et credendum est, quòd si dicta Odilia haberet amplum patrimonium, quòd Andreas qui cum ea stetit spacio plurium annorum, non recusaret eam. d. c. super eo. de testi. Laus Deo.

Responsa acutissimi I.V.D. Ioan. Fran. Ripen. à S. Nazario explicit lib. 4.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE

IVRISCONSVLTI EXCELLENTISSIMI,

In Decretalium Librum Quintum absolutissima Responsa.

Nunc postremò maiori quàm hactenus vnquam factum sit diligentia recognita,& repurgata.

¶ De Adulterijs & purga.canoni.

RESP. LXXIIII. & de Adulter. I.

MONACHVS Adulter,& ex confessione propria de adulterio conuictus,& carceribus detentus,aliũ monachum simil'r de adulterio accusauit. Quęstio nis est,an præstet indicium sufficiens ad torturam? quod manifestè negatur.debet enim probatæ vitæ, & vinculis ac carcere solutus esse qui crimẽ obijcit:quinimo accusatus nec carceribus committendus,nec torquendus est,etsi mille indicia sufficientia existerent,si de huiusmodi crimine diffamatus aliter non apparebat,nam clericus ad pœnam purgandam nullo iure carcerari potest,nisi crimen confessus, vel de eo conuictus fuerit,licet facti infamiam purgatione canonica purgare habeat.

SVMMARIVM.

1 *Vn⁹ testis omni exceptione maior facit indiciũ ad torturã, aliàs secus.*
2 *Vinculis vel carcere detentus non admittitur ad testificandum contra aliquem in causa criminis.*
3 *Clericus etiam si adsint mille indicia sufficientia non est torquẽdus,nisi prius sit de tali crimine diffamatus.*
4 *In criminalibus probationes luce meridiana clariores requiruntur.*
5 *Clericus ad pœnam purgandam non potest incarcerari, nisi prius confiteatur vel de crimine conuincatur.*
6 *Purgatio canonica indicitur etiam ad tollendam infamiam facti.*

Respon.interpreta.

QVIDAM *Monachus adulter,& de adulterio ex cõ* fessione propria cõuictus,imputauit seu accusauit alium monachum similiter de adulterio. Item exi stente dicto monacho adultero in carcere,alius ab eo accusatus noctis tempore ad instigationem & vocationẽ alterius carcerati in contiguo carcere venit ad cellam dicti accusati,dicendo quòd accusator incarceratus volebat eum allo qui,& sibi narrare causas quare eum falso accusauerat,qui ad carcerem accessit,& quã primum ibidẽ fuit is qui eum vocaue rat carcerem clausit,pp quod Abbas velle videtur procedere ꝯ dictum monachum tam ob accessum,quàm ob accusationẽ dicti adulterij,& quia noctis tẽpore sine licentia iuit ad dictũ carceratum,quem iam quatriduo cum pane,& aqua, & quatriduo sine aqua in carcere detinuit.& qui exinde examinatus fuit relaxatus Nunc quęritur,an dictus adulter qui alium accusauit,qui ad eũ accessit tempore noctis faciat sufficiens indicium ad torturam siue ad detentionem in carcere cũ pane & aqua,seu habeat ipsum infamare,ita quòd necessaria sit purgatio canonica? Christi beatorumque Siri & Augustini Patronorum meorum implorato suffragio.Circa primũ, an faciat dictus adulter indiciũ ad torturã breuibus ꝯcludẽdo arbi
1 tror q̃ nõ.quia ad hoc vt vnus testis† faciat indiciũ sufficiens ad torturã,oportet q̃ ꝯ eum nihil possit opponi.l.maritus. vbi *Bar.ff.de quę.* At adulter non solũ non est integer testis,immo nullatenus admittitur,sed totaliter repellitur.c.constituimus.3.q.v.vbi casus expressus.& ratio est,quia est infamis, vt ibi dicitur.dignũ quippe est.vt vita innocentis pernicioso ac cusatore non maculetur.c.dignum.3.q.ix.& criminosus maxime ꝯ clericum repellitur à testimonio.ca. super eo.de testi. debet n esse probatæ vitę qui crimem obiicit.c.testimonium. c.licet vniuersis,& c.in literis eo tit.Secundò quia detentus ĩ
2 †vinculis vel in carcere non admittitur ad testificandum ꝯ aliquem in causa criminis.ca.si testes.§.item.l.Iul.4.q.3. Possem ad istud cõprobandũ infinita adducere,sed superfluum puto, quia clarũ & notoriũ est.Tertiò,quia de se confesso aduersus aliũ in eodẽ crimine nõ est credendum.c. veniens.el.j.de testi. & ibi Pau.in vlt.not. fortius etiam, si extarent mille indicia
3 †sufficientia,non debet clericus poni ad torturam, nisi sit de tali crimine diffamatus,ſm singulare dictum Abb.in c.grauis. de depo.sequitur Pano.in c.cum in cõtemplatione. de regu. iur.& Ioan.de Ana.c.1.col.8.de cler.percu. ergo hic clericus monachus nondũ diffamatus torqueri non poterit. Itẽ accusator est excõmunicatus,quia introduxit fœminam in claustro ꝯ statutũ monasterij.ergo eius testimoniũ nullam fidem facit.c.veniens.2.de testi.c.ii hæreticus.2.q.7.ca. infamis.3.q. 7.Non aũt aliquod indicium facit accessus noctis tẽpore ad carcerem,quia vt volumus dicere ꝙ accessit vt aliquã iniuriã inferret accusatori,& quantũ ad delictũ adulterij nihil operabitur hęc præsumptio.Aut volumus dicere,ꝙ accessit vt diuerteret accusatorem ab accusatione, siue testimonio probato contra ipsum,& tunc talis cõiectura potius interpretanda est in bonam partem,scilicet vt voluerit retrahere accusatorem ad veritatẽ,& à peccato.quia falso eũ accusauerat.l.meritò.ff. pro soc.c.fi.de præsumptem non negabitur quin huiusmodi pręsumptio non sit ambigua,ergo nullam fidem facit.c inpręsentia.de proba.l.non hoc.C.vnde cogna.& maximè in crimi
4 nalib.in quib.†probationes debent esse luce meridiana clariores.l.fi.C.de proba.& c.sciant cuncti.2.q.8.& ita in terminis ꝯ soluit Petr.de villa,aliàs de Anch.consi.253.in qu.presbyteri Caroli.Circa secundum,an faciat indicium sufficiẽs ad intrudendum ipsum monachũ carceribus? Respondeo etiam quòd
5 non,quia clericus†ad pœnã purgandam non potest carcerari, nisi fuerit confessus,vel de crimine conuictus.c.quãuis.de pę. lib.6.Circa tertiũ arbitror ꝙ dictus monachus ad tollendam
6 †facti infamiã debeat se purgare purgatione canonica.c.Mẽnam.&c.habet.2.q.v.Host.in summa de inquisit.§.quis sit effectus.versi sin aũt de crimine.Si tñ proponatur aliũ monachũ carceratũ sustinere vices accusatoris rñdeo purgationem canonicam non esse indicendã.quia purgatio canonica tunc demũ indicitur,cũ accusator deficit.c.si quis pbyter.c.quoties, de purg can.& si accusatus non esset de delicto diffamatus apud graues viros.etiã quòd accusatione destituisset, posset purgatio omitti.c.cum dilectus eo.ti.

¶ De Vsuris.

RESP. LXXV. & de Vsuris. I.

QVONIAM Iam constitutũ est pro florenis cẽtum annuam pensionem florenorum decem per Martinũ quartum & Calixtum tertiũ Ponti.max.constitui licitè posse:Ideo exceptio vsurariæ prauitatis ex aduerso proposita nullo iure admittenda est,& maximè cũ d.Capardi iustè se contẽdat indemnẽ ac illæsum ab eodẽ seruari pro summa florenorum xl. annuæ pẽsionis.pro quib.xl.iã idẽ Capàrdus ab eodẽ d.Honorato florenos.cccc.receperat quare nihil iustum, nihilq; sanctum ex aduerso proponi potest cur Capardus bonã fidem ti deiussoris agnoscere non teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus continẽtes pensionẽ annuam de decem pro centenario* cũ *pacto luendi,liciti iudicati sunt.*
2 *Fideiussor qui iurauit soluere pro alio,licitè eũ soluere potest, & illum repetere à fideiussore pro quo fideiussit.*
3 *Nemo iactare suum velle præsumitur.*
4 *Principalis tenetur fideiussorem indemnem relevare.*

Respon.interpreta.

DOMINVS Honoratus Ruffi pro florenis mille,vendidit pensionem annuã florenorum centum dominæ Abbatissę & monialib.sanctæ Mariæ de Nazaret ciuitatis Aquẽ. super omnib.bonis suis,& specialiter super castris de Ancono, & de Alamano cũ pacto luẽdi præsente domino Ant. Capardi,cui idem domi.Honoratus die immediatè seq.tradidit floren.quatuor centum ex dictis florenis mille.Proquibus idem

Capardus

Capardus vendidit eidem do.Honorato penſionem annuam flo.xl.cum pacto luendi.Et in omnib.&per omnia,prout ipſe tenebatur dictæ Abbatiſſæ & monialibus.Nunc do.Honoratus agit contra Capardum vt ſoluat penſionem quam ſibi cõ ſtituit & pro eo ſoluit præfato monaſterio. aduerſus hanc actionem Capardus opponit exceptionem vſurariæ prauitatis.

¶ Quæritur,an huiuſmodi exceptio ſit admittenda.¶Si argumenta & rationes hincinde quæ ſuper huiuſmodi dubitatione tam per iuriſtas, quàm per theologos adducuntur, in medium proponerentur,longus fieret tractatus,ſed quia quęſtio determinata fuit per Martinum quartum, & Calixtum tertium,vt patet in extrauagan.communib.ſub rub. de empt. & vendi.exordientib.regimini.Ideo non tentabo os in cęlum ponere.Deciſa eſt ibi hæc dubitatio, ꝙ huiuſmodi contract'
1 non reputantur† illiciti,nec in fraudem vſurarum confecti. Sed poſita,parte affirmatiuâ pro vera, mihi videtur quòd Capardus non bona fide agat proponendo exceptionem vſuriæ prauitatis contra dominum Honoratum,qui ſolum agit vt releuetur indemnis,& ſic vt non ſit in damno,non vt exęnoreditetur:& pro fundamento præmitto qđ fideiuſſor† qui
2 iurauit ſoluere vſuras,licitè eas ſoluere poteſt,& illas repetet à debitore pro quo fideiuſſit.cap.peruenit.& ibi gl.Pan.extra de fideiu.no.per Ioan.And.& alios in regula damnum. de regul.iur.libro 6.Et ratio ibi aſſignatur, quia non debet fideiuſſor damnum pati,vnde pręmium,& gratias deberet reportare.Ita videtur poſſe dicere dominus Honoratus, quire vera nomine ipſius Capardi fideiuſſit pro penſione xl.florenorum, licet ſuper bonis ſuis vẽdiderit illam penſionem prædicto monaſterio,ſpe ductus,quod dictus Capardus ſimilem penſionẽ ſibi faceret,& ea mediante eum indemnem releuaret. Quod ſic demonſtratur,vbi pecunia eſt ad aliquem peruentura, ſi alter pro ea pecunia ſe obliget,cenſẽ fideiubere pro eo ad quẽ pecunia debet peruenire.l.quamuis.§.ſi cum eſſem.ff.ad Velle. l.Sed & Iul.§.1.ff.ad Macedon.iſti autem quatuorcentum floreni recepti per dominum Honoratum à monialibus,quæ forte nolebant contrahere cum Capardo erant peruenturi in ipſum Capardum,prout illico peruenerũt,ergo dominus Honoratus cenſetur pro eo fideiuſſiſſe, & venditio penſionis florenorum quadraginta conſtituta ipſi do.Honorato ſuper bonis ipſius Capardi ceſſit in cauſam obligationis, quia Capar-
3 dus tenetur†indemnem releuare do.Honoratum l.inter cauſas.§.abeſſe.ff.mand.l.ſi pupilli.§.j.ff.de ſol.bene facit quod dixit Barto.in l. ſingularia.colũn.antepen.ff.ſi certum petatur.& Ludo.Rom.conſi.165.præſens.columna 2 corroborantur prę miſſa,quia idem Capardus ſimul acceſſit cum domi.Honorato ad monaſterium pro recipiendis dictis pecuniis, & die immediatè ſequenti recepit ab ipſo domi. Honorato florenos quatuorcentum,vnde præſumendum eſt quod mandauerit præfato domi. Honorato, vt dictam ſummam pro eo reciperet,quia quoties celebratur aliquis actus,qui communiter ſpectat ad agentem & alterum,tunc ſi alteri ſciat,& approbet, ſola voluntas ſiue approbatio mandatum inducit.l.1.ff mãd. per quam ita punctualiter concludit Bar.in l.poſt dotem,col. 2.verſi.6.modo,ff.ſol.mat.Et ſi negetur quod contractus celebratus cum monaſterio non ſpectat communiter ad ipſum Capardum & do.Honoratum,ſed ſolum ad ipſum do. Honoratum,reſpondeo quòd & ſi figura verborum oſtendat cõtractum ſolum ſpectare ad dominum Honoratum,tamen nullus erit adeo obtuſi ingenij,qui non dicat ad communem vtilitatem illum contractum fuiſſe celebratum quis. n. diceret vnquam do.Honoratum alioquin virum prudentem recepiſſe florenos quatuorcentum ſub annua penſione florenorũ decẽ pro cẽtenario,vt illos pro ſimili penſione traderet Capardo, niſi fuiſſet ad ita faciendum deprecatus per ipſum Capardum? nemo enim pręſumitur velle iactare ſuũ.l.cum de indebito.ff. de proba.præterea,ex eo ꝙ incõtinẽti dictus do. Honoratus habitis dictis florenis quatuor centum,illos tradidit ipſi Capardo,præſumitur actũ,& tractatum fuiſſe ꝙ Honoratus illos à monaſterio reciperet pro ipſo Capardo.l.iiventri §.in bonis. ff.de priuile.cred.cſimultis auctoritatib.quas adducere poſſẽ. & bene in propoſito facit quod conſuluit Deci. conſil. 182. colum.4.Et ſi dicatur quòd dom.Honoratus non dedit dictas pecunias incõtinen.immò fuit interuallum vnius diei:Reſpõdetur ꝙ interuallum vnius diei non impedit quominus actus debeat dici factus incontinen.ſm Cæp.in trac.de ſimulatis cõtractib.col.7.verſic.2.caſu.quod enim dicatur factum incontinen.relinquitur arbitrio iudicis ſecundum Ang. in d.§.in bonis.& Lud.Rom.in l.j §.j.ff.de verbo.obliga.Vltimò non video qua ratione iſte contractus debeat iudicari feneratitius, Cui enim nõ conuenit diffinitio,non conuenit diffinitũ. l.1.§.dolum.ff.de dolo.Vſura aũt eſt lucrum ex mutuo intentũ ſecũdum ſummiſtas.Et latè explicatur per Lau. de Rodulphis in tract.de vſur.in j.q.Ex parte aũt dñi Honorati nullum lucrum nullâve lucrandi intentio cum eandem penſionem pro illiſmet pecuniis faciat monaſterio,ergo,&c.agnoſcat igitur Capardus bonam fidem, & amicum ſuum releuet indemnem. Laus Deo.

De Sententia excommunicationis.

Reſpon. LXXVI. & de Senten.excommunicat.L.

QVIA Conſtat Ioannam de Bellacomba omne quod ex bonis mariti habuit reſtituiſſe,& ſi quid habet ex voluntate dicti mariti hẽt,non obſtantibus depoſitionibus teſtium in hac cauſa productorum, qui tanquam ſingulares, partim pauperes,partim inimici,& partim ſe referentes ad depoſitiones de quibus non conſtat,& partim non legitimè concludẽtes nihil probant,ideo monitorio non adſtrictam facile conſtat.Quare iterum reſpondemus à dicto monitorio ipſam abſoluendam fore,necnon eccleſiaſticis cenſuris, cui non obſtat,quòd plus frumenti ac pecuniarũ habere ac habuiſſe præſumatur quàm reſtituerit,quia excommunicatio non ex præſumptionibus,quę ex depoſitione ipſius Ioannæ eliſæ quodã modo videntur,ſed veris probationibus admittitur nec præſumptionibus temerè iudicandum.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium quod regulariter loquitur de indebitè,ac iniuſtè detentis habitis,& perceptis,ad licitè,ac iuſtè detenta ac habita non porrigitur.*
2 *Per ſententiam condẽnatoriam non probatur quis aliquid indebitè detinere,niſi quatenus conſtat ex actis,vel in executione liquidatur.*
3 *Aſſerenti incumbit onus probandi.*
4 *Teſtis deponens extra articulata,nullam fidem facit.*
5 *Allegans errorem tenetur illum probare.*
6 *Teſtis,qui tractat de ſe exonerando,& alium grauat,& qui in facto proprio deponit,nullam fidem facit,& vide nu.14.*
7 *Teſtis ſingularis non probat.*
8 *Teſtis inimicus pauper,& non productus in cauſa nihil probat.*
9 *Teſtis ſe referens depoſitioni de qua non conſtat,nihil probat.*
10 *Teſtis ratione incertitudinis,nihil præſtat.*
11 *Dominium,an ex poſſeſſione probetur.*
12 *Denunciatio iudicialis tendens ad ſalutem animæ & intereſſe partis non admittitur niſi pro notorio peccato.*
13 *Teſtis non reddens rationem ſui dicti nihil probat.*
15 *Teſtis ſe referens ad depoſitionem imperfectam,nihil probat.*
16 *Non probat hoc eſſe,quod abhoc contingit abeſſe.*

Reſponſi interpret.

ITERVM Mihi videtur honeſtã mulierem Ioannã de Bellacomba relaxadam à monitorio,& iudicio illius per rationes & fundamẽta iam deducta,ꝙ nec tantilla eliſa fuerunt ex replicationibus in aduerſum propoſitis,quibus non expediret rñdere,cum collatis hincinde ſcripturis reſolutio pateat manifeſtè,vt tamẽ petẽti ſatisfiat,ſuccinctè rñdetur. Dicitur conſtare Ioannam plura bona accepiſſe de bonis & hæreditate Plauterij ſui mariti ex inſtrumentis compromiſſi, & laudi inde ſecuti,quia in compromiſſo petit ſe manuteneri in poſſeſſionẽ bonorũ hæreditariorũ ſui mariti,& in laudo condẽnatur ad reſtituẽdum omnia bona mobilia dictę hæreditatis, ꝙ manutentio & reſtitutio,vt ex aduerſo pretenditur,præſupponunt ipſam Ioannam aliqua bona habuiſſe. l. decem. cum vulg.ff.de verb.oblig.Quia ad iſtud fuit multipliciter reſpon-
1 ſum.Primò,ꝙ †monitorium loquitur de habitis & perceptis illicitè,& indebitè c.per.tuas.de ſententia excommu. Petitio aũt Ioannę petentis ſe manuteneri loquitur de poſſeſſione licita,non vi,non clam,non pcario habita.l.j.in fin.ff. vti poſ.c. cauſam.de proba.& ſic petitio Ioannæ de qua in compromiſſo nihil facit ad probationem, ꝙ ipſa indebitè & illicitè quicquam detineat de bonis mariti.Non etiam probat laudũ quo fuit cõdemnata ad reſtituendũ bona mobilia hæreditaria ma-
2 riti,tum quia †per ſententiam condemnatoriam non probatur eã aliquid indebitè detinere,niſi quatenus in actis probatum legitur,vel in executione liquidabitur,cum in iudicio vnĩuerſali,ſiue petitione hęreditatis actum eſt,ſm Ioan. And. in addi.Spec.in tit.de ſen.§.qualiter.ver.quid ſi iudex. Bart in l. fin.C.de ſen quæ ſine certa quanti.profe.glo.in l.j.ff.de edend. Alioquin ſi ex actis in executione non appareat de quib. bonis,ſnia nullam meretur executionẽ.l.j.& 2.C.de ſen.quæ ſine

certa quãti.no,Bar.& alij i l.ait prætor.§.si iudex. ff. de re iud, Cum itaq; nõ appareat nec exactis nec exaiquibus testibus in executionẽ dicti laudi productis,aliqua bona esse penes dictam Ioannam, non possumus dicere q̃ sententia probet penes ipsam esse,quia sententia quæ condẽnat in genere ipsam Ioannam ad restituendũ bona quæ habet, nre ligitur si quæ habere constiterit,l Stichum qui meus erit.ff.de leg.j l.nuper. ff. de leg.iij Præterea cum fuerit paritũ lãdo, frustra impetratur monitoriũ. Quòd aũt paruerit, ꝓstat ex quitãcijs in actis
3 productis.Et qui velit †asseuerare eam habere plura alia quę non restituit,debet ipse probare.l.ei qui.ff.de probat. ¶ Non obstant assertæ depositiones testium, quia vt plenè & abũdè ostensum fuit,nullam fidem faciunt rõnibus per me & alios, qui pro dicta Ioanna allegarunt,clarè deductis,quę vt dixi ex replicatione & saluatione per partem aduersam factis in aliquo non fuerunt elisæ dicebatur primò,q̃ Ioannes de ponte primus testis non probat,quia non fuit receptus super articulo sexto vsurpationis, ideo sua depositio non facit fidẽ, quia
4 deposuit extra†articulum non iuratus.c.de testib extra de testi.l.ij qñ.C.eo.nam ipse fuit solum receptus super vij. & viij. & ipse deponit super sexto. Ad istud replicatur, q̃ notarius errauit, quia debuit dicere super sexto, sed istud nihil est,
5 quia qui† errorẽ allegat, tenetur illũ probare,vt per Bar.&alios in l.errore scribentis.C.de testa. maximè qñ notarius nõ ꝓponit errorẽ.iuxta no.per Bart.in l.ij. ff. de tab.exhi. præsumitur.n.pro notario,q̃ nõ errauerit nec aliter scripserit q̃ fuerit dictũ.arg.no.in l.j.quẽadm.testa aper.ff.cum concordantibus & licet hic testis se referat suę relationi.non tñ fuit receptus nec iuratus super cõtentis in dicta relatione. Et sic deponit extra articulum,vt dictum est.¶ Dicebatur secũdò,q̃ hic
6 testis †tractat de se exonerando,quia dixit se recepisse in custodiã aliqua bona à dicta Ioãna, ideo nõ probat. replicatur q̃ licet non sit ei credendũ quatenus se exonerat, saltem credendũ est ei quatenus onerat dictã Ioannam.voluissem q̃ ista theorica fuisset probata aliqua rõne,vel lege,quia Bar.in l.de ferre.de iure fisc,expresse concludit, q̃ ei nõ creditur quatenus alium grauat,& quia fides testis est individua,& qnia nõ creditur testi deponenti in facto proprio. l nullus ff. de test.
7 Dicebatur tertio.q̃ hic testis †est singularis.rñdetur q̃ immo habet præstẽ Ioannẽ de la Faude,sed si conferantur vtriusq; dicta non videbuntur contestes,immo singulares singularita
8 te obstantes.¶ Dicebatur etiã,quòd hic testis †inimicus,pauper non productus in causa,sed loco eius quidã Claudius de Ponte:ad ista nihil replicatur.Ex quibus stat nra ꝓpõ, q̃ huic testi nõ est,nec venit fides adhibenda.¶ Contra ea quæ aduersus extrũ & tertium testẽ opposita sunt,nihil replicat,ideo super quolibet ipsorũ nõ est faciendũ fundamentũ.¶ Dicebat etiã q̃ Matthæus Nagueti nõ facit aliquã fidẽ, qa se refert suæ
9 depositioni factæ corã Mũdanelli notario,de qua†nõ cõstat. replicat constare fol.processus xxxij. & seq. Sed ego non legi,nec video q̃ in dicto folio processus xxxiij & seq. idẽ testis fecerit aliquam depositionẽ coram Mundanelli, ideo iudex videat scripturã & sibi constabit quis factum melius viderit, & si deposuerit,nõ probat rõnibus in contrarium allegatis.
10 ¶ Secundò, ꝙ huic testẽ dicebatur,q̃ non probat †ratione incertitudinis, quia & si dicat q̃ dicta Ioanna portauit ad domũ suã vnum saccum plenum vtensilibus,subijcit tñ q̃ nescit quid intus esset,quia non curauit videre quid esset intus.replicatur q̃ satis est,q̃ sciat saccũ esse plenũ vtensilibus,qui aliacũque sint. Sed certè non aduertit dñs replicans, q̃ is qui dixit non introspexisse quid intus esset, nõ põt pro certo asseuerare saccũ esse plenũ vtensilibus,cùm non visa sint à sensu corporeo aliena.l testiũ. ff.de test. Et si dicatur Petrũ scire per tactum rñdeo hunc testem non deponere q̃ tetigerit,& vbi tetigisset ex solo tactu nõ põt certo sciri quid sit in sacco, quod expresè fatetur ipse testis,dũ subijcit,quid intus esset,se nescire.¶ Tertiò impugnatur depositio huius testis, quia nõ dicit q̃ vtẽsilia delata ad domũ suam essent vtẽsilia mariti, replicatur q̃ testis deponit saccum fuisse portatum à domo mariti Planterij, ideo probat q̃ vtensilia existentia in dicto sacco erant ipsius mariti, quia ea quæ sunt reperta in domo sua,præsumuntur fuisse sua, vt concludunt Bal.& Sal. in ob marito rum C.ne vxor pro mari.& Socy.consũ. 128. lustissime iudex. in tertia cõclusione. in j.vol. Quia ad istud triplicatur multis modis Primò quòd hęc præsumptiua probatio locum habet
11 qñ agitur†de dominio incidenter,tunc ex eo q̃ reperiuntur in domo alterius præsumũtur sua quia ex possessione præsumitur dominiũ,qñ de eo agitur incidenter,ſm Bart. in l.quidã in suo.ff.de condi.insti.& Pan.in cap.cũ ad sedem.col.vj.de testi.ſpol.& ita loquuntur Bal.& Sali.in d.l.ob maritorum, & Socy.in d.consi. 128.agebatur.n.ibi de executione rei iudicatę in bonis mariti reperiis in eius domo,& sic tractabat̃ principaliter de executione incidẽter aũt q̃rebat̃.an bona existẽtia in domo mariti essent mariti, vel vxoris volẽtis impedire executionẽ per exceptionem sui dñij:rñdetur q̃ ex possessione pręsumuntur mariti,quia quæritur de dominio incidenter.Et ita in proposito declarat Aret consi. 153 consultatio proposita. Sed vbi agitur principaliter de dominio, vt in casu præsenti, ex possessione non præsumitur,nec probatur dominium. l.cũ res.C de proba.& ibi omnes notant.c.fi.de causa poss. & proprie.no.Bar.& Pan.in locis præalleg. ẽt si esset probatũ quod possessor tenebat & possidebat bona de quorum dominio agitur principaliter pro suis & tanquam sua.ſm Bart.o in l.1.ff. pro suo.Ale.consi. 137.col.ij lib.2.ẽt si probetur quod tenebat̃ & reputabat̃ dñs palam & publicè ſm dominos de Rot. decis. cccxxx.in no.Soc.cõsi. 112.viso processu.col.fi.lib.4.¶ Secũdò respondetur,q̃ in iudicio conscientiæ de qua quæritur, ad præsens non põt quispiam denunciare nec declarare permanere aliquem in peccato,nisi appareat aperte & manifestè de ipso peccato c.nouit.de iudicijs.vbi Panor. & alij ita concludunt. non obstat dum dicitur id verum esse si ageretur euãgelica denunciatione,cuius finis est fauor animæ denunciati dũtaxat, vt liberetur à peccato, secus hoc casu quo agitur denũciatione iudiciali,cuius finis est fauor animæ denunciati & interes-
12 se partis quia istud retorquetur.Nam †denunciatio iudicialis tendens ad salutẽ animæ interesse partis,non habet locum nisi pro notorio peccato,pro quo non cõpetit actio parti de iure ciuili vel cano.c.episcop* 35.q.6.l ea quidem.C.de accus.declarat Pan in d.c.nouit.col.13.versic nunc condescendo Non põt aũt in casu nostro peccatum dici notorium cum nõ probetur vllo modo veré, nec præsumptiuè.vt dictum est.Et vbi præsumptiuè probaret,vt asserit aduersarius,no tñ esset notorium.ca.fi.qui matri.accu.pos.Et,dum subijcit̃. q̃d Bellacõbæ non reuelauit pertinẽter,quia dixit bona esse sua, nihil ad rẽ, quia cũ ipsa præsẽdat sua.non tenetur aliter exonerare suam conscientiã.Et si prætendat probatum esse q̃ sint mariti, agat via iuris,porrigat libellũ & discutiatur cuius esse debeant, non aũt insistat super conscientia ipsius Ioannæ.¶ Dicebatur etiã,
13 q̃ iste testis non ꝓbat,quia nõ reddit†rõnem sui dicti,prout tenebatur.etiã nõ interrogatus.ad istud nihil replicatur,adde q̃ hic testis tractat de se exonerando quia dixit dicta utensilia fuisse portata ad domũ suã.quo casu tenet̃ illa restituere ei cuius sunt,& vult se excusare,ex eo q̃ fuerũt ad se delata,cũ fortè ea dolosè sint puerit,ideo non ei credẽdum,vt dicit Bart.in d.l.deferre,¶ Succedẽtiuè ad defendendũ depositionẽ magistri Ioannis,dũ opponit̃ q̃ se refert relationi suę factæ coram dño vicegerente,de qua nõ constat,replicatur constare fol. 24. & seq.Sed aduertatur,q̃ relatio de qua fol.24.& seq.non legitur facta coram domino vicegerente,sed corã officiali,ergo non est illa ad quam se refert.Cæterum vbi esset ilia,non probaret,
14 quia tractat de se†exonerando.cũ deponat apud se esse duos saccos menagij,quos asserit ad se fuisse delatos per ancillam d.Ioannæ forsan suboꝛnatæ ab eo ad illa suffurada ipsi Ioannæ,vel heredibus mariti,ergo nõ probat ſm Bar. in d.l. deferre Item non probat,quia potuit ancilla portasse inscia dicta
15 Ioãna domina sua,nec etiã probat,quia se refert† ad depositionem imperfectã,videlicet ad relationẽ factã sine iuramento,quæ non affert testimonium,nec fidem facit,ſm Fely.in c. cum in tua,de testi.nec replicatio q̃ communis opi.sit in ꝙriũ quicquam facit quia vt dixit Fely.cõmunis opi. limitatur nõ procedere qñ testis se refert ad scripturam vel depositionem suam imperfectam.Item est singularis & licet Iannetta millona visa sit deponere q̃ vidit ancillam dictæ dominę Ioannæ portantem vnam copertã & vnam culcitrã penes ipsam Ioannam,non tñ dicit q̃ portauerit.aliud enim est vidisse portari aliud scire q̃ portauerit Item dato,quòd essent concordes in
16 hoc,tñ eorum depositio non probat,†quia nõ concludit, q̃ ancilla portauerit volente,sciente,& mandante dicta Ioanna. Ex quibus puto q̃ depositiones dictorũ testium non probent dictam Ioannam aliqua bona dicti quondã sui mariti retinere, maximè indebitè,& iniustè & si quicquam habuit restituisse constat.& dum dicitur,q̃ non est qui non præsumat eam longe plus bladi,& pecuniarum habuisse,quàm restituerit, nihil facit ad cãm.quare pręsumat tenere indicandum quicquam. modo ꝙscientia Ioannæ salua sit.nõ res,hæc præsumptionib. decidẽda est,nec integerrimus dñs Iudex in hac causa in qua debet sibi notoriè constare de peccato dictæ Ioannæ, habebit eam excommunicare absque veris probationibus. Posset aliter rñdere,videlicet depositiones dictorũ testium non facere villam fidem,Sed quia præmissa sufficiunt ꝙ Et dñs iudex,

dex,quæ omissa sunt pro sua diligentia supplebit, & cuncta rutinabit,ideo finem facio. Laus Deo.

Resp.ª LXXVII. & de Sentent.excommunic.I°.

QVONIAM Monitorio ac censuris ecclesiasticis illi tãtum adstricti censentur,qui contra voluntatem defuncti bona iniustè,ac indebitè occupant, ideo Ioanna de Bellacomba quæ ex voluntate defuncti bona habet & tenet,monitorio adstricta nullo iure dici potest,immo cùm sibi à testatore licẽtia data fuerit bona ipsa propria auctoritate capiendi,& alienandi iure potuit ea sine hæredis licentia capere ac distrahere.Nec testes cõtra eam producti secundum ea quæ proponuntur quicquã probant.quare relaxandã &absoluẽdam dictam Ioannam tanquã censuris in asserto monitorio comminatis non adstrictam esse respondi.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus absoluendus est etiamsi nihil præstiterit.*
2 *Censuris ecclesiasticis nõ tenetur qui rem iniustè,ac legitimè detinet.*
3 *Testes mille singulares non plus præstant quàm vnus.*
4 *Referenti non creditur,nisi constet de relato.*
5 *Testis examinatus super articulis impertinentibus,nihil probat.*
6 *Relatio facta parte non citata & absque iuramento nihil probat.*
7 *Testi deponenti in sui exonerationem & commodum non creditur.*
8 *Testis non productus neque iuratus nihil probat,& vide num.13.*
9 *Testis singularis & deponens de credulitate,& nõ veritate nullam fidem facit.*
10 *Testis contrarius non admittitur,& vide quomodo procedat.*
11 *Ratio testis debet esse concludens.& vide quomodo procedat.*
12 *Probatio incerta non releuat probantem& vide num.14.*
15 *Testis imperfectè deponens nihil probat.*
16 *Testis deponens se vidisse de nocte reprobatur,nisi addat quòd luna lucebat,vel lumen habebat.*
17 *An qui compensat dicatur restitutionem facere.*
18 *Licentia à testatore cessa capiendi & alienandi bona propria auctoritate operatur bona ipsa de iure absque hæredis ministerio capi & vendi posse.*
19 *Monitorio non adstringuntur qui bona voluntate defuncti tenent & possident.*

Respon.interpreta.

1 DVRIBVS Rationibus relaxanda videtur honesta mulier Ioanna de Bellacomba,primò,quia †actore non probante reus absoluendus est,etiã si nihil præstiterit.l.qui accusare.C.de eden.c.ecclesia.vt lite pendente. Ex deductis autem productis non apparet Ioannam quicquam detinere de bonis hereditariis quondam Ioannis Planterij eius mariti indebitè & iniustè,ergo nõ est ligata †censuris cõminatis in asserto monitorio & exinde fulminatis,vt signanter decidit Clau.in sua summa § denunciatio. versi.fin. & dixi in tractatu de peste.cap.fin.versi.insuper quæro.nume.118.circa fin.non obst.depositiones assertorum testium, qui nihil penitus probant, quia sunt in eorum dictis omnes singulares, qui non 3 plus probant quàm vnus,etiam si essent †mille. l. iurisiu. vbi Bald. C.de testam.c.licet causam.de probat. cap.licet ex quadam.& vtrobique Fely.latissimè de testib. & quia sunt varij & contrarij quibus non est credendum.l.qui falsa vel varia. ff.de testamen.Et quia se referunt ad reuelationes eorum,de 4 quibus constat,ergo † fidem non faciunt nisi constet de relato.l.si quis in aliquo.C.de eden.l.admonẽdi.cũ glo.&ibi Bar. & alij.ff.de iureiu.& quia exceptiones generales non ita solent mouere sicut speciales, ideo libet accedere specialiter ad ipsos testes qui sunt xiiij. quorum nullus esset qui fidẽ faciat. ¶Primus testis Gulielmus de Ponte super sexto articulo qui de vsurpatione,occupatione,&indebita detẽtione loquitur, 5 non fuit examinatus,sed duntaxat super x.& viij.qui †nihil adrẽ faciũt.Et licet in relatione vidisus fuerit deponere,quòd habuerat aliqua bona mobilia in custodiã ab ipsa Ioanna, quæ eidem 6 postea restituerat,tñ relationi †nõ creditur,quia parte non citata & absq; iuramento facta c nuper nobis.de testi.l.si qñ.C. eod.tit.& quia est in dicto suo singularis d c.licet.& quia tractat de se exonerando,dum deponit restituisse. Testi autem 7 †aliquid dicẽti in sui exonerationẽ & cõmodum nihil creditur.l nullus.ff.de testi.l.omnibus C de testi.docet in terminis nostris Bar.in l.deferre.ff de iure fisci.Alex.cõsi.146.in causa. col.pen.& fi.lib.v.Item est pauper,ideo nõ est integer testis.l. iij.ff.de test.Item inimicus dictæ Ioannæ,vt ex depositionib⁹ duorum testium constat, ergo non probat.ca. cum oporteat. de accusa. c.repellantur.eo etiã si inimicitia suborta sit ex lite.§.si verò odiosam.in auth. de test.c.quoties. eod. tit. vbi latissimè Fely.præterea iste testis † non fuit productus,neque iuratus,sed solum quidam Claudius de Ponte eius frater. ¶ Secundus testis Ant Chartrosij qui deponit q dicta Ioãna post mortem mariti vendidit sibi xl.salmatas bladi videri suo.non 9 etiam fidem facit ex pluribus.primò,quia † singularis.Secundò,quia deponit per verbum videri suo, nam dicendo videri meo,deponit de credulitate,non de veritate,sm Bart.in l. quid tamen.§.si arbiter. ff.de arb. in l prima ff. de ventre inspi.& in tract.de peste, versi.ij. & tractatur plenè per Fely.in cap quoties.de testi.per Iaſ.in rubr.ff.de iureiur. & quia non deponit quod bladum esset dicti quondam Planterij,nõ probat, quia stant simul quòd emerit bladum à dicta Ioanna, & tamen nõ sit bladum dicti Planterij, & non probat hoc esse,quod ab hoc contingit abesse.capit.in præsentia. de probat l.non hoc. C.vnde legitimi.Immo in dubio præsumitur, qd sit venditoris nisi appareat de contrario.l.& magis.ff.de solu. Et licet in depositione tandem videatur se referre suæ depositioni factæ pro informationibus secretis,adhuc nõ probat, quia in ea de- 10 positione †aduersatur iis quæ deponit in vltima.Nam ibi dicit se emisse salmatas decem à domi.Ioanna, hic dicit emisse quadraginta.Et licet ista non videatur contrarietas repugnãs, cùm id quod pluris est,vtique tanti sit l. cum furti ff. de in litem iuran.& regula in eod.de regu.iur. tamen in teste dicitur contrarietas obstitura propter variationem,vt per Alexan.& Moder.in l prima.§.si stipulanti.ff.de verbor.obligat.Item vbi locus relationi esset,tamen non probatur ex relatione ad quã fit relatio,quod decem salmatæ de quib. reuelat sint de blado d Planterij,quia ratio in reuelatione assignata non concludit,nec est bona,inquit enim hic testis, quòd erant de blado quondam Planterij quia ipsa Ioanna erat in domo eiusdem 11 Planterij,& regebat bona.Ista ratio †nihil facit, quia stant simul,quod esset in domo & regeret,& tamen bladum per eam venditum non esset de blado defuncti mariti, vnde huic testi nulla est danda fides,tum quia dictum non concludit.d.l.non hoc.tum quia in probando dominio testis fidem non facit,nisi adducat sufficientem causam,etiam non interrogatus, cùm agatur de probando id quod non percipitur sensu corporeo. sm Inn.in c.cum causam,& ibi Fely.colum.ij in fin.de testi. & Bald.l.cum res.C de proba.Paul.de Castr.& Areti.in l. qui testamento.§.final.ff.de testa.Angel.in §.& licet.colla.vij.in authen.de testi.Item deponit se post mortem emisse absque determinatione tẽporis.Et sic potest esse,quòd emit post transactionem & traditionem. lxx.salmatas frumenti factam ipsi 12 Ioannæ per actorem, vnde † incerta probatio non releuat probantem.d.capitulo, in præsentia. ¶Tertiò testis se refert relationi factæ coram vicegerenti.Idem facit Petr. Queyroti sextus testis.Idem quoque facit Barth.septimus testis, de quibus reuelationibus non constat,ergo &cæ.Et posito quòd de reuelationibus constaret,non tamen eorum depositiones fi- 13 dem facerent,quia testis se referens ad id quod dixit †sine iuramento extra iudicium,vel coram arbitro non probat, quia refert se ad testimonium imperfectum ratione iuramenti deficientis vel forma iudicij,sm Saly.in l.final. C.de testibus.Idẽ ergo in casu isto cum reuelationes non sint testimonia, cum non sint factæ cum iuramento,nec in figura iudicij.Et ita vult Felyn.in capitulo,cum in tua,de testib. vnde non obst. quod dixit Barto.in l.eos.ff de fal. quia loquitur in teste, qui refert se ad id quod dixerat in alio iudicio, & in alia causa. ¶Matheus Nani quartus testis se refert depositioni factę corã eodem notario,videlicet coram Mondanelli, de qua non constat,licet enim coram Ioanne Bruneti substituto Dalmatiæ pro informationibus secretis deposuerit, non tamen reperitur quòd deposuerit coram Mundanelli, ad quem se refert. Et si tu velis intelligere quòd se referat ad depositionem secretam factam coram dicto Bruneti,quod verba non admittunt, adhuc respondetur quòd depositio ista nullam fidem facit, quia deponit quod dicta Ioanna post obitum mariti portauit ad domum ipsius loquentis vnum saccum plenum vtensilibus de domo dicti quondam Planterij subiungendo quod nescit quid intus esset.Iste testis in hoc nihil concludit, quia non ponit quænam essent vtensilia quæ erant in dicto 14 sacco,& sic †ratione incertitudinis probatio vitiatur.d.capitulo in præsentia.Et consuluit Alexand.consi 133.col v libr.j. Item non deponit qd vtensilia quę erant in dicto sacco essent de bonis dicti quodam Planterij.& vbi deponeret, fidem non facit,quia non assignat rõnem sufficientem.vt s. q dictum secundi testis.Præterea est singularis,ergo &c.Ex his patet q primus & septimus testes nõ probant,minus aũt probãt reliqui

septem

Resp. Io. Fran. Rip. in lib. quintum Decre.

septem. Nam octauus dicit nihil scire. Nonus videlicet Io. Rigandi. qui deponit Ioannam vendidisse vnam quadrigatam bladi dicti Planterij, vt sibi dixit dicta Ioanna est singularis, quatenus dicit ꝙ dicta Ioanna sibi dixit ꝙ erat bladū dicti Plāterij, & sic in hoc nō facit fidē. item singularis est in dicto, ꝙ ancilla Ioannæ portauerit ad domum Ioannis Nequeti certa bona mobilia in vno banastono, & licet ancilla portasset nihil ad rem facit nisi probetur de mādato ipsius Ioannę. Item ipsemet dicit, quòd nescit cuius essent dicta bona mobilia, quę erat in bonastono. Decimus testis Iacobus Iordani, qui deponit vid sie paulo post mortem dicti Ioannis ipsam Ioannam onerari faciētem vnam quadrigam de nocte bladi & bonis mobilibus dicti Ioannis Planterij, eidem rationib. non probat, quibus præcedētes dixi non probare. & vlterius non deponit quòd dicta Ioanna fecerit exportari bladum & 15 bona onerata super quadriga. Et sic deponit †imperfectè, ergo non probat secundum gloss. in l. Lucius. vbi scrib. not. ff. de infam. Bald. in ca. j. col. ij. si de inuest. inter do. & vassal. historia. Iason in l. hac consultissima § ex imperfecto C. de testam. Item dixit, ꝙ vidit de nocte, & est octogenarius. Testis autē 16 qui dicit se vidisse † de nocte naturaliter reprobatur nisi addat quòd luna lucebat, vel lumen habebat. secundum la' post Oldra. & Bal. in l. si non specialiter. col. fi. C. de testa. ¶ Vndecimus Iacobus Manche se refert relationi factæ coram domino vicegerenti, de qua constat. ¶ Duodecima Catherina Romera quæ deponit emisse vnum pistrinū, quod habebat in domo cōducta à dicto Planterij nō probat quia singularis, & quia tractat de se & maritum exonerādo ab onere obligationis restituendi in ipsum pistrinum quod restituere tenebat virtute dictæ locationis & cōductionis d. l. nullus. cum simi. ¶ Decimusterrius testis, Iammeta Manchete refert relationi factæ coram domino vicegeren. de qua non constat. Et si dicatur, quòd voluit se referre depositioni factæ super informationibus secretis. quod nō admittitur, quia verba repugnāt, & aliud est relatio quæ fit sine iuramento, aliud depositio in secretis quę fit cum iuramēto, attamen non probat, quia nescit quę vtensilia essent in sacco, vt s̄ dixi, & firmat Bart. in l. cum seruus, in fin. ff. de cōd. & demon. per tex. in l. j. §. si cinta. ff. depos. Item non dicit quòd dicta vtensilia essent quōdam Planterij, & si dixisset, non esset ei credendum nisi assignasset bonam & concludentem rationem. d. c. cum causam. vbi Fel. post alios ¶ Decimus quartus testis Iammeta Malanæ, quę deponit de duobus vestibus est singularis, nec assignat ratio ē quòd dictæ vestes essent dicti quondam Plāterij. quia stant simul quòd viderit eas penes dictum quondam Planterij. & tamen essent dictæ Ioannæ vxoris l. maritus. & ibi no. C. de procu. ex quibus satis constat ab oluendam Ioannam, quia actor non probauit. ¶ Sed ponamus esse probatum de vna quadrigata bladi de qua visi sunt deponere sextus, quint⁹, nonus, & decimus, dico quòd ex productis ipsius Ioannæ cōstat de restitutione non solum vnius quadrigatæ, sed etiam triū. Constat enim longè ante monitorium eandem compensasse viginti quinque salmatas bladi, quas ꝙfessa fuit habuisse de bladodicti Planterij. cum debito septuaginta salmatarum per actorem eidem dari promissarum. vt constat instrumētis, siue 17 arbitramentis. & quietantijs in actis exhibitis. Nam qui †cōpensauit dicitur restitutionem fecisse. l. si debitor. ff. qui pot. in pig. hab. l. vel permutauit ff. de libera. causa. & dato ꝙ constaret ipsam vendidisse vnum pistrinum, vel plura alia, id iure facere potuisset pro exoluendis legatis piis, & exequiis factē dis, cum esset executrix data & constituta per dictum Plauterij vt constat ex tenore instrumenti testamenti in erri in pro 18 cessu. item m† qui licentiam habet à testatore capiēdi bona propria authoritate iure potest ea capere, & vendere ab quę hæredis licentia l. Titia cum testamento. §. l. nec us. de lega. ij. non igitur potest argui de inobedientia quòd non reuelauerit & paruerit monitorio. quia id intelligitur immo expressè loquitur de detentionibus & occupationibus indebitè, non 19 †de voluntate defunc̄i, vt dixi s̄. & probatur in ca. per tuas. de sentēn. excommun. & in c. cum contingat. vbi Panor. nec. de offic. delega. Laus Deo optimo maximo. Ita iuris esse mihi Francisco de Ripa Iure consult. Papiensi videtur, saluo saniori iudicio.

Responsa acutissimi I. V. D. Ioan. Fran. Ripen à S. Nazario exp icit lib. v

IOANNIS

IOANNIS FRANCISCI RIPAE

IVRISCONSVLTI EXCELLENTISSIMI,

In Digestum Vetus absolutissima Responsa,

Nunc postremò maiori quàm hactenus vnquam factum sit diligentia recognita,& repurgata,incipiunt fœliciter.

¶ De iure gentium,ciuili,siue statutis.

RESP.LXXVIII. & de iure gent.&c. I.

STATVTVM Disponēs quòd contra instrumētum nulla admittatur probario,requisitam nihilominus qualitatem nullo iure reijcit quominus opponi possit & quemadmodum exceptio deficientis requisiti semper opponi potest,ita etiam exceptio qualitatis deficientis opponi poterit. Proinde admittenda veniunt capitula do.Gulielmi patrui honorand.non obstante statuto allegato,& maximè cum secundum ea quæ proponuntur in huiusmodi instrumento statutum nullo iure locum sibi vendicare possit.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas à lege,vel statuto requisita necessariò venit probanda.*
2 *Exceptio deficientis requisiti semper opponi potest.*
3 *Ad veritatem copulatiuæ,requiritur copulata omnia vera esse.*
4 *Instrumentū confectum super confessione recepti nō dicitur confectum super cōtractu,nā cōtractus propriè est vltrò citróque obligatorius.*
5 *Statutorum verba propriè sunt intelligenda.*
6 *Statutum loquens,quòd pro quolibet contracta soluatur gabella,non habet locum in stipulatione pœnali.*
7 *Instrumentū confessionis non habet executionem paratam de iure cō muni cum non sit confectum super principali debito,nec ex eo debitor dicitur,sed debitum subesse.*
8 *Confessio inter aliis facta alijs non præiudicat.*

Respon.interpreta.

ADMITTENDA sunt capitula do. Gulielmi de S.Nazario patrui mei honorandissimi,non obst statuto allegato, quòd ꝫ instrumentum non admittitur probatio.¶ Primo,quia statutum requirit quòd in instrō sit renunciatum probationibus testium, & sic non solum requiritur quòd sit instrm,sed requiritur quòd instrm qualificatum,videlicet,quod sit renunciatum, probationib. testium.vnde succedit trita conclusio,ꝙ qñ lex† vel statutum requirit annū cum qualitate,non sufficit probare annum,nisi probetur etiam qualitas.l.Ful.§.cū hoc.& §.quod si.ff.quib. ex cau.in poss.eatur.& in l.j.§ quod autem. ff. ne quid in flu. pub.Bar.in l.nō solum.§.sed vt probari.ff.de ope.no.nun.cum infinitis ꝑcordantibus de quibus per Felyn.in ca.ij. vers. restringēt.de rescri.& in c.licet cām & sequen.de proba.& in c.auditis.de præscr.vt per Ias.in l.j.§.in eū.ff.ne quis eū qui.& magis ad proxima in terminis nostris,tenet ita Felyn.in c.ex parte.in secūda fallē.quā dicit ad istud statutum de offi.deleg. allegat Bal.in l.iij.C.si pēd.app.mors interuene.sed in præsenti instrō non renūciauit do.Gulielmus probationi testium versus partem adūersam,igit &c.¶ Quoties statutū remouet exceptionē ꝓp aliquē actum,semper pōt opponi ꝙ ille actus nō interuenit,& sic † exceptio deficietis requisiti.ita Bal.in l.diuus.ff. de resta.mil.vbi dicit,si statutū dicit ꝙ ꝑ instrm publicū non possit aliquid opponi,non tñ intelligitur excludere quin possim opponere,ꝙ ille qui rogatus fuit de instrō non erat notarius:& sic ꝙ deficiat vnū requisitum. videlicet ꝙ instrm non sit publicum.¶ Secundò quoties simul copulatiuè† plura requiruntur à statuto,nunquā statutū habet locū nisi omnia interueniant.ita signanter Pan.in.c.licet de vitāda.col.iij.de ele. alleg.Bar.in l.oēs populi ff.de iust & iure.facit regula l.reos.§. cum tabulis.ff.de duob.reis.&l.si heredi plures.ff.de condi.in fi.Sed hic renūciatio ꝓbationibus testium deficit,igitur &c. ¶ Secundò principaliter dico ꝙstatutum non loquitur ,nec militat in casu itto.quia statutum dicit,ꝙ si in aliquibus ꝑcti bus renunciatum sit probationibus testium per instrumētū, &c.vult n.istud statutum.ꝙ instrm sit cōfectum super aliquo ꝑcto,sed instrm confectum super confessione recepti,non dr ꝑfectum super ꝑcto quia † ꝑctus propriè vltrò citroq; obligatorius.l.Labeo.§.ꝑctum,de verb.sign.vbi in specie Bar.dicit, nota quòd in statutis† verba sunt propriè intelligēda. Propter rea decidit Alex.post Bar.in l.siue apud acta.in prin.C.de transact.ꝙ si statutum dicat,ꝙ ꝑctus mulierū non valeant sine certa solennitate,nō habet locū tale statutū qñ mulier facit aliquam liberationem,quia liberatio nō est propriè ꝑctus, cùm non sit vltrò citróque obligatoria,vt per istam etiā conclusionem dixit Bal.in l.j.col.iiij.C.de iure emph.stipl'o pœnalis nō est ꝑctus,vnde statutū† loquēs quòd pro quolibet ꝑctu solua tur gabella,non habet locum in stipulationē pœnali. fortius gloss.& Bald.in l.ꝑctus.C.de fide instru.dixerunt,ꝙ donatio,& transactio propriè non sunt cōtractus,quia in eis finis nō est, vt nascatur vltrò citróq; obligatio:licet cōtingeret ꝙ obligētur aliqualiter.¶ Tertiò principaliter dico,dictum statutū non habere locum nisi sint talia instrumenta,quæ habēt executionem paratam,vt patet in vers.sed debiti executio præcisè fiat. Sed instrumētum †allegatæ confessionis nō habet executionem paratā nō quidē iure cōi. l. minor annis vigintiquinque cui fideicommissum.ff.de mino.nō etiam iure statuti, quia ad hoc vt instrm de iure nr̄o statutario habeat executionē,oportet ꝙ per instrm quis sit obligatus,& instrm fiat super debito principali.ita cantat statutum quintū ,sed per instrumentum confessionis quis non dr̄ debitor , sed benè debitum subesse. Probatur,quia ex cōfessione nulla oritur actio,sed solum probatio resultat.l.Publia.§.fin.ff.depo.Bart.& alij in l.triticum.ff. de verb oblig.cum ergo de obligatione non sit confectum in strm,ex quo agi possit executiuè,sed solum instrm confessionis ad debiti probationem,nō debet agi executiuè , ergo nec habet locum statutum quòd contra instrumentū,&c.¶ Quarto,quatenus dictum statutum instrumentis confessionem daret etiam priuilegium,vt contra ea probari non possit , debet tamen intelligi,quantum respiciat talis probatio præiudiciū illius cui est facta cōfessio,† nō autem respectu illius cuius interest.l.si pro te.& ibi in terminis Bal.C.de dot.promi.

Respon. LXXIX. & de iure gent.&c. II.

CVM legitima parentib.iure positiuo debeatur, dubiū nō est eādēm legitimam iure statutario penitus aboleri posse:nam iura ciuilia,contrario ciuili iure perimi, sæpe iudicatū est.Et ideo statutum Monitis Barutij matrem iure priuare potuit in totum à successione filij & legitima stantibus agnatis, licet verba stantib.agnatis,nonnunquam ex statuentium intētione,nonnunquam ex verborum statuti interpretatione filiorum,i.fratrum & sororum personas non egrediantur,adeo vt alij agnati matrem minimè excludant.

SVMMARIVM.

1 *Legitima de iure naturali debita,per statutum non potest in totum tolli,secus in legitima de iure positiuo debita.*
2 *Legitima,ascendentibus de iure positiuo debetur.*
3 *Statuta circa successiones facta sunt seruanda, & strictissimè interpretanda.*
4 *Statuta iuris communis correctiua sunt restringenda, vt quam minus fieri possit ius commune lædatur.*
5 *Fœmina est finis suæ fœminæ,& caput alterius.*
6 *Verba stantibus agnatis,ex statuentium intentione restringuntur ad agnatos primi gradus.*

Qui veritas est,me in viam dirigat veritatis.
Respon.interpreta.

REQVISITVS An stantib.agnatis per statutū montis Barutij mater potuerit in totū legitima priuari.Et quia præstantissimi dñi hinc inde allegantes adduxerunt varia doctorū ꝓsilia,q̄ inuicē vident aduersa:qd ego sentiā,breuib.aperiā.Dico igit hinc inde allegata nō esse aduersa sd diuersa,& hoc mō debere ꝑcordari præsertim de legitima debita descendētibus,

& quia

1 & quia legitima † talis est debita de jure naturali, non pōt per
statutum tolli in totum cū succedat in locum alimentorum,
ita loquit Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi.
& dem. cum aliis alleg. per d. aduocatum allegantem pro hac
parte, & Soc. consi. 5. in prin. & consi. 30. col. v. libr. j. Rota de-
cis. xviij. in nouis, & alibi sæpe. aut quæritur de legitima debita
ascendētib. vt in casu occurrenti, & isto casu potest legitima
2 in totum tolli, quia legitima † ascendentibus debet de iure po
sitiuo fm Bald. in l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iu. & istam dicit
§ esse *communem* opi. Pau. de Ca. quem refert Alex. consi. 68 vol.
iiij. & idem in fortioribus terminis cōsuluit Lud. Ro. consi. 32.
visa municipali constitutione. in vltimo dubio. Non omitto,
q Dec. cons. 19. col. pen. audacter affirmat q cōis est opi. quòd
etiā legitima debita filiis possit in totū tolli, & si hoc verum
esset, à fortiori idem concludendū in legitima debita ascēdē-
tibus, licet hoc affirmet qñ statutum nititur rōne. Verum con-
siderato & bene examinato statuto visum fuit mihi mentē sta
tuentium non fuisse priuare matrem à legitima, immo nec ēt
à luctuosa hæreditate filij pp agnatos, vt in puncto tractatur.
3 & licet statutum ab intestato priuat matrem, & statuta † maxi-
mè circa successiones facta strictissimè seruanda sunt, fm Bal.
in c. vni. §. j. vers. quæro quid de iure lombardo, q feu. da. poss. &
Bart. in leg. ij. versic. xxiiij C. quæ sit long. consu. Curt. cons. 31.
col. iiij. attamen, in casu primo vr suaderi posse, q statuentes so
lum voluerint priuare matrem à flebili hæreditate filij extāti
bus fratrib. filij defuncti, & non aliter, hanc fuisse statuentiū
4 intentionem sic demōstro, statutū huiusmodi est † correctiuū
senatusconsulti Tertulliani ergo restringendū, vt minus lædat ius
cōe quā fit possibile. l. si serui vestri. C. de noxal. c. cū dilectus.
de consue. minus aūt corrigitur ius cōe si dicimus matrem ex
cludi pp fratres de uncti, q per oēs agnatos, ergo &c. Secūdò,
tale statutum est odiosum inst. ad Tertul. §. j. Alex. consi. 114.
col. j. vol. iij. ergo restringendum. regula odia. de reg. iur. Dica-
mus ergo q debeat restringi, vt solum voluerit excludere ma-
trem extantibus fratribus defuncti, non etiam extantibus qui
buscunque agnatis. Tertiò, pōdero statutū in verbis decisiuis,
istud expresse velle in illis verbis, & si aliquis, vel aliqua ex di
ctis filiorū vel filiarū decesserit, mater nullo modo possit suc-
cedere, illud. n. verbum aliquis, vel aliqua, est partitiuū de pluri
bus, vt dñt grāmatici. & in pulchro casu comprobat Panor. in
cle. j. de præbē. quē refert & sequit Fely. in c. in nostra. de re. cr.
Erit ergo sensus q si ex pluribus filiis aliquis decesserit mater
non succedat, & sic extantib. fratribus mater reperitur exclu-
sa, & non aliter, & istud rationi congruit, qa fratres etiā de iu-
re excludūt matrem ab aliqua parte au . defuncto. C. ad Ter-
tul. nunc per statutū excluditur in totū. Contrarium aūt, q cē
seatur exclusa extantib. quibuscūque agnatis, etiā in decimo
gradu. iniquitati conuenit, ergo ista vltima interpretatio reij-
cienda c. erit aūt lex. iiij. dist. Quartò considero q statutū sim-
pliciter, & generaliter, nulla expressa causa excludit matrem,
quo casu cū generaliter excludat, generaliter deberet intelli-
gi, siue extantib. agnatis siue cognatis, siue non extantib. l. j §.
& generaliter. ff. de leg. præst. l. de pretio. de pub. ff. sed ille intel
lectus non cadit vt arbitror in sanum caput, quia sic statuen-
tes crudeles, & irrationabiles fuisse dicerent, quod nō est præ
sumendū, fm Bal. ī l. quod verò ff. de legi & in l. j. C. de sacrof.
eccl. Vnde necessariò tale statutū venit restringendum: vnde si
dicatur restringendum esse, vt velit excludere matrem fauore
agnationis conseruandæ, & extantib. agnatis tm, respondebo
q hæc ratio conseruandæ agnationis nō exprimit in statuto.
& ideo quod non fuit dictum, non præsumit cogitatum, fm
Bal. in l. vni. § fin aūt ad deficientis. C. de cad. tol. per illū text.
& si dicatur nulla alia ratio pōt assignari, nisi ratio conseruan
dæ agnationis Rndeo q nullā posse aliam rōnem assignari nō
est credendum, fm Saly. in l. si serui vestri. C. de noxa. & Ale. in
l. si constante. in princ. ff. sol. matr. Ias. in l. j. col. iiij. C. de succes.
edic. Curt. Iuni. cons. 81. col. pen. in fin. & q fauor conseruan-
dæ agnationis non fuerit ratio statuti sic manifestatur: extāti-
bus sororibus defuncti statutum vult matrē excludi. Ita vult
statutum in illis verbis, aliquis dictorum filiorum vel filiarū,
verum cum fœmina vocatur, ratio conseruandæ familiæ non
5 contemplatur, quia fœmina † est finis suæ familiæ, & caput al
terius. l. pronunciatio. § familiæ. ff. de ver. signi. cum simi. cum
ergo pateat q ratio agnationis cōseruandæ non est ratio mo
tiua statuentium, & sic restringendum statutum, certè necessa
riò dicendum, q debeat restringi, vt minus lædat ius commu
6 ne quam fit possibile, & sic q habeat † locum statutum extan-
tibus fratrib. vel sororibus defuncti, & non aliter, & eo maxi
mè attento quòd verba statuti conueniunt. l. iiij. §. tories. ff. de
dam. infecto. l. quod constitutum. ff. de testa. milit. solùm huic
intellectui obstare videntur illa verba statuti, relictis filio, vel
filiis, seu filia vel filiabus. ex quibus verbis cōprehēditur, q si
filius vel filia vnica sit, & moriatur, q adhuc mater dicatur ex
clusa. Huic cōsiderationi quæ fortiter vrget puto necessariò
sic debere rnderi, q illa disiunctiua, seu filia, debeat resolui in
coniunctam. iuxta glo. vulgarem in l. eas causas. ff. de cond. &
demon & sic sensus erit, qsi aliquis moriatur relictis filio vel
filia, vel filiis, aut filiabus mater excludatur. & q disiūctiua po
natur pro copulatiua est casus in l. cū quidam. C. de ver. sig.
vbi multa. & per Moder. in l. generaliter. in prin. C. de instit. &
substi. vbi fauore filiorum disiunctiua resoluitur in cōiunctā
ad exclusionem substituti. Ita etiam fauore matris in casu no
stro dicamus disiunctiuā resoluēdam esse in cōiunctā. & ex his
omnibus simul iunctis probabiliter concludendum videtur
matrem admitti debere exclusis agnatis vltra primū gradū,
& si exceptis fratribus & sororibus, qui sunt in primo gradu
de iure canonico. Laus Deo.

RESP. LXXX. & de iure gent. &c. III.

DEFVNCTO Nouissimè Carolo Alenconij Duce, & Pertici Comite quæsitum fuit an sorores etiam in duca tu, & comitatu iure succedant? Quæstionē monet lex Regni, qua fœminæ prohibentur succedere in his, quæ regno aliqñ vnita fuere, etiamsi in appanagium (vt Gallico verbo vtar) filiis regū donata ꝓponātur. Nā cùm huiusmodi ab Helia donati sint do. Philippo Francorum Regi, & à diuo Ludouico, Petro eius filio ea lege vt si decederet sine liberis ad hæredem suū, qui regnum possideret, iterè reuerterentur, & casus reuersionis euenerit, regno acquisiti dicebatur. Et cū exinde à Philippo Rege donati fuerint Carolo Valesio, cuius successo res masculi confestim sæpè fuerunt eos iure appanagij possidere, ad Regem reuersi putabantur, quod feudalibus cōstitutio nibus cōprobari quoque videtur. Ego verò ad sorores iure hæreditario pertinere rndi, quia Gallica consuetudine obtētum est, vt etiam in dignitatibus fœminæ succedere possint. Nec huic cōsuetudini, legem Salicam aduersari existimo, cū nō cōstet eas fuisse aliqñ regno vnitos. Donati enim fuerūt Philippo Regi vt illius essent proprium priuatúmque patrimoniū. Et licet non nulli ex successoribus Valesij quoque asseruerint habere ius, & priuilegiū appanagij, horum tn assertio veritati quicquam non detrahit, præsertim cū aliud sit Ducatū fuisse traditū in appanagium, aliud Ducibus fuisse ꝓcessum appanagij priuilegium. Et vbi de vnione constaret, alienationem quæ in consanguineos Regis, vel in euidētem regni vtilitatem facta proponitur, interdictam minimè puto. ¶ Præterea, cū Andegauensis, Cenomanēsis, Carnotensis, tres nobilissimę dignitates, hereditario iure cōmunes, titulo diuisionis obuenerint Philippo Regi pulchro, Alenconium autē, & Perticum Carolo Valesio interpolita euictionis stipulatione, ideo Magnanimū Franciscum Modernū, Philippi successorē, aut exceptione repellendū, aut ad nouā diuisionem condemnandum suadent iuris ratio, & summa æquitas. ¶ Cæterū vbi Ducatus ad regem secundū legē regni, seu appaganij naturā pertineret dubitabatur an castra quæ Ducū facto Ducatui accessere, sint Regi quoque adiudicanda? Quod plerique arbitrantur, propter vnionis naturam, quæ vnita ad eandem reducit essentiam. Sed quia apparebāt pecunia Ducū empta, & Ducatui vnita, vt in successores quoscunque trāsmitterētur, à Ducatu separanda, & sororibus assignanda respondi. ¶ Denique, quæritum fuit, an Ducis heredes, interdicto recuperandæ possessionis, ministerio fo ius ꝓtutudinis acquisitę ritè agant? Bal. (cui communis doctorum schola adstipulatur) interdictum restitutorium, pro ficta ciuilissimaq; possessione, hæredibus non competere docuit. Contra autē Soc. y. & Dec. acutissimi Interpretes, quorum sententiam nouis, & (vt arbitror) veris rationibus sum sequutus.

SVMMARIVM.

1 *Ducatus Alenconij & comitatus Pertici, an sint de demanio Regis Franciæ. & vide nu. 3. & nu. 9.*
2 *Donatio facta Regi, an cēseatur facta dignitati, an personæ. & vide nume. 5. & num. 6.*
4 *Vnio & incorporatio asserta cum sit quid facti, venit probanda.*
7 *Dignitas comitatus vnita regno per incorporationem extinguitur, aliàs secus.*
8 *Vnio non præsumitur, nisi probetur.*
10 *Bona eo iure ad substitutum pertinēt, quo ab instituto possidebantur.*
11 *An donatio Alenconij & cæterorū castrorū facta à Rege Ludouico, Petro secūdo aut tertio genito, censeatur facta tanquā de proprio patrimonio ipsius Ludouici, an tanquam de demanio Regis.*

12 *Actus*

12 *Actus ad poteſtatem agentis reſtringendus eſt.*
13 *Vnio nihil aliud eſt q̄ diſſipatio ſeu alienatio, & vide.nu.16.& n.37.*
14 *Ducatus Alēconij & comitat⁹ Pertici an cēſeant donati comitib⁹ & ducibus eorum in appanagium? & vide quid ſit appanagiū.nu.15.*
17 *Poſſidens præſumitur ex titulo precedenti poſſidere.*
18 *Appanagium vt propriè dicatur, quæ ſint neceſſaria.*
19 *Appanagiū non ex perſona patris, ſed liberorū, ipſis liberis cōpetit.*
20 *Hæreditario iure, aut pro legitima relictum iure dominij, ſpectat ad eum cui relinquitur, non iure appanagij.*
21 *Verba hac, ſine hæredibus ex ſuo corpore, comprehendunt tam maſculos, quàm fœminas.*
22 *Portionem cohæredibus faciens, eodē iure capit quo cæteri cohēdes.*
23 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet omnia pariformiter determinare.*
24 *Proprium dicitur, in quo alius ius pretendere non poteſt.*
25 *Diuiſio inter liberos, dicitur vltima voluntas.*
26 *Rex Franciæ dominus appanagij, tenetur ſubminiſtrare panem deſcēdentibus ex eo.*
27 *Princeps nō præſumitur tentare quicquam in præiudicium ſui regni.*
28 *An verba enunciatiua prolata à principe vel à rege, plenè probent?*
29 *Traditione ſequuta, transfertur dominium, vel vſucapiendi conditio.*
30 *Rex Franciſcus, hæres dicti Philippi, factū ipſius Philippi improbare nequit.*
31 *Verba hæc, & habentibus cauſam ab eis, admittunt quemlibet ſucceſſorem etiam particularem.*
32 *Verba hæc tanquam inſolidum hæredibus, oſtēdunt ſaltem feuda eſſe hæreditaria ſecundum quid.*
33 *Verba hæc, & habentibus cauſam ab eo, oſtendunt feuda eſſe hæreditaria ſimpliciter.*
34 *Reſeruatio ſolius ſuperioritatis, arguit nullū aliud ius regi cōpetere*
35 *Comitatus vnus, & idem non debet diuerſo iure cenſeri.*
36 *Vnio facta in fauorem, non debet in odium interpretari.*
38 *Appanagium non eſt tranſmiſſibile, neque ceſſibile.*
39 *Aſſertio erronea non debet nocere Ducibus, tractantibus de damno euitando. & nu.40.*
41 *Verba, & alijs priuilegijs, quid importent?*
42 *Inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium.*
43 *Ius ſpeciale, non tollit beneficium iuris communis.*
44 *Priuilegium non eſt ita interpretandum, quòd tollat beneficia competentia priuilegiato.*
45 *Electione arbitrorum, non videtur receſſum à iudice ordinario.*
46 *Poſſidere rem ex duabus cauſis, non eſt nouum.*
47 *Ordinarium, vel extraordinarium remedium, non facit ceſſare alterum, quod pinguius, & ſalubrius eſt.*
48 *Ad feudi ſuccēſſionem, fœmina venire poteſt.*
49 *Dignitates de demanio & appanagio regis p reges an alienari potuerint.*
50 *Ducatus Alēconij & comitatus Pertici à principio erant de ducatu Normaniæ.*
51 *Intellectus ad legem Salicam.*
52 *Alienatio omnium quæ ſpectant ad regnum, eſt regibus interdicta.*
54 *Actus per eaſdem cauſas diſſoluitur, quibus contrahitur.*
56 *Cohæres an teneatur cohæredi de euictione ſi bona feudalia vel appanagia ad dominū reuertātur? & quid ſi eo caſu fuerit ſtipulatum?*
57 *Alienationes factas per reges his perſonis, quæ non ſunt de genere, lex Salica non comprehendit.*
58 *Caſtra vnita ducatui Alenconij & comitatui Pertici an aſſumpſerint naturam appanagij. & nu. 59.*
60 *Contrahere prohibitus ſine conſenſu curatoris, vel propinquioris, nō cenſetur prohibitus contrahere, & alienare in ſui vtilitatem.*
62 *Fœminæ illuſtres ā poſſint de iure ſuccedere i dignitatib. feuda. n. 63.*
65 *Vnionis natura eſt, vt vnita reducat ad vnam efficaciam.*
67 *Vniri poteſt vnus res alteri, ita vt vtraque retineat ſua priuilegia.*
69 *Fœminę in feudis, regulariter nō ſuccedūt. fallit nu. 72. 74. 76. & 77.*
71 *Conſuetudo præſcripta, pro lege recipienda eſt.*
73 *Exceptiones feudi & appanagij an obſtēt agēti interdicto adipiſcēdæ?*
75 *Conſuetudine ſtante quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hęredē, an competat hæredi interdictum recuperandæ.*
78 *Feudorum relatio ad ſtipitem facienda eſt.*
79 *Poſſeſſ. acquiſita iuris ſeu conſuetudinis miniſterio vera eſt.*
81 *Diſpoſitio ficta, in nullo differt à vera, in his quæ ſunt iuris.*
85 *Interdictum recuperandæ, competit pro recuperanda poſſeſſ. ex actu ficto reſultante.*
84 *Poſſidentes clam debent ſuccumbere in interdicto vti poſſidet.*
85 *Exceptio proprietatis admittitur in interdicto retinendæ.*

Reſpon. Interpreta.

2 nem, † cum instrm cancellatum nullam mereatur executionem. l. inductum C. de solutio. l nihil interest ff. de adim. leg. Immo tale instrm nullã fidẽ facit in iudicio, nec extra, fm Io. And. in addi. Spe. in tit. de instr. edi. § ostẽso. in additio. in ei dixit Rolandus quod verũ est, & si nõ sit per notariũ reipsa cancellatum, sed à partibus pro cãcellato habitũ. l. emptor §. Lucius. & ibi Bar. ff. de pac. ¶ Ex aduerso replicatur. q̃ dicta cãcellatio fuit, & est nullius momẽti, quia meticulosa, & virib. præturæ extorta. Pro parte Iudæi replicat, q̃ hac replicatione non obstante debet relaxari, tũ quia nõ est liquida, & requirit altiorem indaginẽ, tum quia probata nõ releuat ipsos de Bellis. Quibus non obstantibus dominus iudex delegauit relaxare dictũ Iudæum. articulos ad verificandã replicationem metus admittendo. A quibus quidẽ denegatione, & admissione fuit appellatũ ad Reuerendissimũ dñm Legatũ, ideo quæritur an bene vel male fuerit appellatũ. Ego omissis nõ necessarijs hinc inde argumentis quæ adduci possent puto benè appellatum, & incarcerationem fuisse per iniuriã impetratã à dictis de Bellis, qui sciebãt insufficientem, cuius vigore ipsam carcerationẽ impetrarunt suo consensu fuisse cancellatum, quia impetrata
3 fuit ex causa † inefficacis debiti cancellatione obliterati, & acceptilatione extincti, iuxta. prælegatis, & aliis notissimis. Nõ obstat asserta replicatio metus, qa respõdetur, quod metus replicatio non releuat domin. de Bellis ad iustificandam carceration
4 em, rationib. infrà scriptis. † Et primò, quia cãcellatio, vel liberatio metu facta valet, & liberat debitorem, qui metum intulit. l. interpositas. C. de transact. c. Abbas. extra. de iis quæ vi metúsve causa fiunt qa volũtas coacta, voluntas est. l. si mulier. § si metu. ff. eo. ti dato ergo q̃ ꝓbet metus, nõ tñ liberatio & acceptilatio esset ppea nulla. Nec obligatio semel extincta vires reassumeret. Et si dicat, q̃ coactus liberare debitorem habet actionem quod metus causa, qua mediante potest agere, vt liberatus reponatur in pristinam obligationem. l. metum. §. ex hoc edicto. ff. eo. Illud non negauerim, sed nihil ad rem fa
5 cit. Tum quia nõ potest † debitor liberatus præcisè cogi, vt in pristinam obligationem se constituat, quia ad factum nemo præcisè cogitur. l. si quis ab alio. §. fi. de re iud. Hinc est, quòd si debitor recuset subire pristinam obligationem, edicto quod metus causa cõdemnatur in quadruplum §. ex hoc edicto. ergo non cogitur præcisè, sed causatiuè, si nolit condemnari in quadruplum, tũ qa obligatio semper est extincta & inefficax, donec fuerit per sententiam repositus debitor in eadem obligatione. Ex quib. constat, quòd iniquè dom. de Bellis impetrarunt huiusmodi carcerationem vigore inutilis & inefficacis extinctæque obligationis, in quã obligationem non potest dictus Iudeus carceratus inuitus reponi, & vbi posset reponi, nõ tamen legitur repositus, & ante repositionẽ constat, nõ subesse vestigium vllius obligationis acceptatione sublatæ. Secundò respondetur, q̃ licèt exactio debiti fuisset viribus præturæ obtẽta p d. Iudeum ante diem, & ante tempus in transactione conuentum, nihilominus cancellatio, acceptilatio, & mutua inter ipsos de Bellis & d. Iudeum, liberatio & quietantia non fuit extorta virib. præturæ, nec coactione iudiciaria, sed ex spõ
6 tanea ipsorum de Bellis voluntate. Vnde per † spontaneam cãcellationem & liberationem subsecutam fuisset purgatus metus precedentis exactionis. l. i. C. de iis quæ vi metusve causa fiunt. vbi tex. clarus. Nam cum ipsi do de Bellis post solutionẽ, vt ipsi astruunt, coactam liberauerint dictũ Iudeum à quacũcunque obligatione: & petierint se quoque liberari. mãdauerint q; cassari quæcunq; instrumẽta, certè ratam videt habuisse solutionem & coactionem. l. si ob turpem. ff de condict. ob turp. cau. Tertiò, quia dicti de Bellis nõ possunt allegare metũ quem sibi ipsi intulerunt. d. l. si mulier. in princ. vbi liberta ingrata q̃ soluit aliquid, vel ꝓmisit patronæ metũ, ne in seruitutem reuocetur, nõ habet actionẽ quod metus causa, qa ipsa ppingratitudinem hunc sibi metum intulit. Sic dicendum in ꝓposito, q̃ dicti Belli ingrati datæ sibi dilationis ad soluendũ, virtute transactionis, non erubuerunt venire aduersus ipsam transactionẽ, supplicando reuerend dño, & impetrando rescriptum sup rescissione dictæ trãsactionis, ob quod effecti fuere ingrati beneficij receptæ dilationis. Ingratus cũ est, q conuẽ
7 ta violat. l. si. C. de don q̃ sub mo. & à commodo † transactionis cadit. q̃ ꝓmissa iurata nõ seruat. l. si qs maior. C. de transac. & licitum fuit. & est ipsi Iudæo aduersus transacta à dictis de Bellis impugnata venire. l. cũ ꝓponas. C. de trãsact. l. q̃ fidem. ff. eod. tit. c. peruenit de iureiur. Quo fit, vt idem Hebræus non
8 dicatur † ꝓuenisse quentis, quibus prius ꝓuenerant dicti dom. de Bellis. l. cũ pater §. libertis. verl. cæterum ff. de lega 2. & ibi not. Bart. & sequit Pan. in c. bonæ. in 4. not. de elect. Quartò, vbi aliàs daretur replicatio metus, qa tñ constat obligationẽ cancellatã & extinctam. & nõ cõstat de allegato metu, dicit̃ benè appellatum à denegatione relaxationis, tum qa dom. de Bellis scientes obligationem, cuius vigore impetrarunt carcerationem fuisse cancellatam, debuerunt deducere metum ante captur
9 ã, & illum iustificare qa qd non † est allegatũ ante capturam, non potest postea allegari ad confirmandam ipsam capturã: qa si non fuit informatus iudex, saltẽ p informatiuã narrationẽ, captura fuit iniuriosa, iniuriarum autẽ nulla conceditur confirmatio. l. si cũ nulla. de re iud. Itẽ ꝓsuluit Bal. con. 318. ista captura lib. 4. Tum quia huiusmodi replicatio metus non est liquida & requirit altissimam indaginem, ergo nõ est admittenda ad impediendam executionem cancellationis liquidæ, fm Bar. in l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iud. Nã p debito
10 non liquido, nõ potest concedi captura, fm Bal. in l. apertissimi. C. de iudi. & ꝓbatur in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. libro x. & satis istud de se patet, quia si ante liquidatum negotium non debet concedi captura bonorum. l. meminerint. C. vndevi. minus est concedenda captura personæ, quæ est dignior cunctis rebus. l. iustissimè ff. de ædil. edict. Si modò non potest cõcedi captura, nisi constito de metu, ergo etiam non

debet

debet cõfirmari antequã cõstiterit. Nã ad iustificandã captură quã cõstat indebitè factã, nulla dilatio danda est imperráti in pœnam præteriti facti. i. iniustæ impetrationis. l. fi. §. nullo tẽpore ff. de lib. homi. exhib. per quẽ ita decidit Iud. Ro. cõsi. 320. hæc hodiẽ quinq; captura, ad fi. alioquin si daret dilatio ad probandum instrumẽta, cancellata, aut esset meticulosa aut falsa, aut dolo extorta, & eẽt in facultate cuiuslibet ribaldi facere incarcerari quẽuis optimũ virũ, cũ quo aliqñ ꝓxit, & tenere eũ in carcerib. donec de virib. suæ exceptionis ꝑ quietantiã & & cãcellationẽ oppositæ cognitũ sit. quo nihil impiº nihil crudelius dici pót. Nec obst. si dicat audiẽdos esse imperrãtes capturã, si postulẽt fidẽ facere de debito, vt tota die ex sty
11 lo curię fieri videmus, qa aduertẽdũ est † qua rõne fuerit quis carceratus. aut. n. fuit carcerat° pp suspicionẽ fugę, qa forẽsis. túc fateor stylũ nõ esse à iure multũ alienũ, qa fit vt debitor satisfdet. l. si fideiussor. §. fi. & l. sciẽdũ. ff. q satisf. cog. aut fuit carceratus ad fines vt soluat, vel det, & tũc nõ põt captura iustificari post, nec facta valet, si debitũ est incertũ, & nõ liquidũ. Ita declarat Pau. de Ca. cõsi. 89. ꝓ pleniori declaratione. in 1. volu. Ex quib. mihiviꝫ qꝺ dictus Iolue fuerit grauat° dupl'r. Primò, qa non fuit relaxatus. Secúdò, qa admissi sunt articuli ad iustificãdũ iniuriosam & inciuilẽ capturã, q nõ fuerunt admittendi ad impediẽdã relaxationẽ, & qui probati nõ releuarent. c. cõtingat. & ibi not. Pan. & alij de offi. deleg. cum solitis concor.

¶ De mune. & hono. tam nobi. quàm cleri.

RESP. CLXVIII. & de Munerib. & honorib. I.

ETIAM Clerici & doctores tenentur subire munera murorum, & pontium, fontium, & his similium, ac quæ botũ loco subrogantur. Ab onerib. vero hospitandi milites, & à collectis hospitationum causa impositis constat clericos & doctores actu legentes immunes esse. Cæteros autem, qui publicè non docent, his munerib. obnoxios credidit Bartol. Comprobant Ang. Paulusque de Cast. Et idem visum fuit Taurinẽ. Parpaliæ. Ego aũt Auch. & Acolto, aliíque pleríque contradicẽtib. assentior. modo non sint nudo nomine doctores Sed monetarij, quos Auriacensis Princeps ab omni onere immunes esse voluit, prędictis munerib astringuntur. Nec. n. inferior Princeps quenquam potest in damnum tertij immunem facere. Nec generalis immunitas à munerib. prœmissis quempiam defendit. Cæterum, monetarij qui monetam actu nõ cudunt, vel qui magistro monetę operas locant, immunitatis priuilegio minime potiuntur.

SVMMARIVM.

1 Clerici, *an aliquid teneantur conferre in collectas.*
2 *Collecta non imponitur personis clericorum pro reb.*
3 *Clerici non tenentur milites hospitari.*
4 *Collecta imposita aliquib. onerib. realib. aut personalib. regulatur secundum naturam onerum, in quorum locum subrogatur.*
5 *Ecclesia tenetur ad onera refectionis viarum, pontium, fontium, & murorum.* 6.
7 *Ecclesia tenetur ad solutionem collectę impositæ pro redimenda vexatione & incursione hostium. Item pro conseruanda vel liberãda ciuitate à pestilentia.* nu. 8.
9 *Doctores, an teneantur ad solutionem collectæ?*
10 *Excusatur nemo ab onerib. guarnisonum & hospitationum nisi à lege specialiter eximatur.*
11 *Collecta imposita per* adunantiã *populi generalem, dr on° ordinariũ.*
12 *Inferior à supremo Principe non potest immunitatem alicui concedere in præiudicium tertij.*
13 *Priuilegium immunitatis à munerib. patrimonialib. non est cuiusquã momenti, nisi in eo sit adiecta clauſ. non obstante, & ea vti possit inferior.* num. 14.
15 *Priuilegium eximens à talea, caualcata, & aliis seruitutib. quomodo sit intelligendum, & interpretandum.*
16 *Inferior imponens aliqua onera cõmunitati, detrahere debet de summa quantum soluerent monetarij exempti ab illis onerib.*
17 *Priuilegium concessum propter artem eatenus prodesse debet priuilegio, quatenus exerceat artem, & an id extendatur ad omnes eudentes.* 18. *quod limita.* nu. 19.

Respon. interpreta.

CIVES Et incolę ciuitatis Auriacę à certis annis citra passi sunt intolerabilia damna & incredibiles impensas propter hospitationes militum, sęuientem pestem, ac propter necessariam murorum, pontium, fontium, viarum, & similiũ reparationẽ, adeo ꝙ coacti fuerint indicere collectas per ęs & libras. Cõtra quã insurgunt nobiles, clerici, doctores, & monetarii, se prędẽtes immunes & exẽptos ab ipsa collecta. Qua de re quæritur. Iuris rñsum, vt ciuitas sciat, an debeat cedere, vel cõtendere. Premissa cõsultatio licet vnica videat, tñ habet quatuor capita, sicut quatuor sunt genera personarũ, q immunitatem habere prętẽdunt. Ideo distinctè ꝓcedã. Circa primũ genus ꝑsonarum, videlicet circa nobiles, rñdet, vt resp. clxxij. in 2. dub.
1 Circa fm, videlicet circa clericos, an teneant ꝓferre † indictas collectas. istud dubiũ põt dupl'r intelligi. Primò, an teneantur pro bonis ecclesiæ, & certũ est, ꝙ nõ. aut. itẽ nulla cõitas. C. de epis. & cler. & c. nõ minus. & c. aduersus de immu. eccle. Secdò, põt intelligi pro bonis patrimonialibus, & idẽ rñdẽdũ est, qa
2 collecta † nõ imponit ꝑsonis clericorũ ꝓ rebus, vt no. ꝑ Bar. in l. rescripto. §. sciendũ. ff. de nunc. & hono & per Pan. in c. j. de ꝓsue. Ale. ꝓsi. 68. viso. lib. 2. Et laici nullam hñt auctoritatem in ꝑsonis clericorũ. c. ecclesia sanctæ Marię. de ꝓstitu. vbi Panor. & Mod. maximè Dec. inferunt ad casum ꝑsentis dubij, cõcludẽtes clericos gaudere priuilegio clericatus, ẽt pro bonis patrimonialibus, qñ persona principaliter considerat. Et hoc verissimum puto, si hmõi collecta missa esset imposita pro metatis siue guarnisonibus militum, quos clericinõ tenent hospitari.
3 † l. j. C. de epi & cler. c. j. de immu. eccle. l. fin. §. fi. ff. de mune. & hono. Sed si collecta fuit imposita pro reparationibus viarũ, pontiũ, & murorũ, & ꝓpestem, arbitror clericos teneri, quia hmõi collecta subrogat loco prædictorũ onerũ, ad quæ tenet ecclesia, vt statim probabo. Nã collecta imposita ꝑ aliquibus oneribus realibus, vel mixtis, aut personalibus, regulat fm naturam †
4 onerũ, in quorũ locũ subrogatur, iuxta regulã, l. eũ. q. §. iniuriarũ. ff. si quis cautio, & ad illã collectam tenent oẽs illi, qui oneribus, in quorũ locũ collecta successit, grauari poterant, fm Bar. in l. j. col. 3. ver. quæro ergo vtrum. C. de mulier. & in quo loco, lib. x. & in l. 4. §. actor ff. de re iudi. Pan. in d. c. non minus. in fin. de immu. eccle. Bal. ꝓsi. 408. ad euidentiã lib. v. Ec
5 clesia autem tenet † ad onera refectionis viarũ, pontium, fontiũ, & murorũ. l. ad instructionẽ. C. de fac. san. ecc. Et licet Pan. in d. c. nõ minus. & cõsi. 3. lib j. velit dictã legem ad instructionẽ esse correctam, tñ Cyn. Iac. Butr. Bar. Bal. Alberi. & Mod. in d. l. ad instructiones, sunt in ꝓtraria sñia, & cõtrariũ tenent Inn. & Card. & cõiter cano. in d. c. nõ minus. Et ꝙ ẽt ecclesia teneatur
6 ad collectã † impositã pro faciendis vel reficiendis muris, fossatis, fontibus, & similibus, consuluit Bal. consi 313. si de iure cõi. lib. 3. Guido Papæ deci. lxxviij. vbi dicit ita fuisse obseruatũ tpe suo, quo guerra vigebat inter Delphinũ & ducem Sabaudiæ. & idẽ tenet Ioan. firma. in tract. de gabel. in 7. parte. & Cor. cõsi. 72. in hac. lib. 4. & hac rõne dicebãt Iac. But. Bald. & Mod. in d. l. ad instructiones. ꝙ ecclesia tenet conferre in gabellã plaustrorum, quæ soluit in portis, pro refectione viarum. & idẽ determinat Bal. in ti. de pac. cõstant. in c. j. verũ. item collectæ. Et eadẽ ratione ecclesia tenetur ad onera imposita pro aquæductibus purgandis, vel reficiendis fm Io. de Pla. in l. ad reparationem. per illum tex. C. de aquędu. lib. xj. per tex. in l. ad portus. C. de ope. pub. nã & domus augusta & imperialis celsitudo à constructione & reparatione viarũ, pontiũ, fontium, murorum & similium, non excusatur. l. absit. C. de priuil. do. Aug. vbi Ang. li. x. & l. 2. C. de immu. nemi. ꝓced. li. x. Et ita etiam decidit Cæpol. in tractat. seruit. rustico. sub rubr. de seruitu. viæ. Et generaliter vbicunque tractatur de vtilitate clericorum & laicorum simul, & æquè principaliter, etiam clerici tenẽtur contribuere, secundum Petr. de Anch. & Ant. de Butr. in d. c. nõminus. inferẽtes ad aggeres faciẽdos ꝓ parcẽda inundatione aquarum teneri ẽt clericos pro rata suorum prædiorũ, qa cõe periculũ est, & æquè bonũ. & ideo dicebat Bart. in l. nullus. C. de cur. pu. lib. xij. ꝙ ecclesia tenet ad solutionẽ col-
7 lectæ † impositæ ꝓ redimẽda vexatione & incursione hostiũ, qui volebãt patriã deprædari, quia talis collecta fuit imposita pro cõi vtilitate tam clericorũ, q̃ laicorũ. & idẽ tenet Petr. de Anch. licet de Bar. nõ faciat mentionem cõsi. 96. super dicto dubio. & Barb. cõsi. 1. lib. iij. & licet aliqui ꝺicãt, Bar. tñ id admittit, qñ collecta imponitur pp periculũ imminens tam
8 clericis, q̃ laicis. Ista decisio Bar. communiter tenetur, fm Iaſi l. placet. col. iij. C. de sacrosan. eccle. Et eadẽ rõne dico clericos teneri ad collectam † impositam pro cõseruanda vel liberanda ciuitate à pestilentia. quia talis collecta propter cõem clericorum & laicorum vtilitatem imposita fuit, & quia pietatẽ respicit. Nulla enim maior pietas, quàm pauperes debiles infirmosq; tueri, & patriam sublcuare. c. fortitudo. ca. non inferenda. xxiij. q. iij. Ibi. n. concurrit pietas & cõis vtilitas, ẽt Panor. qui aliàs dissentit (vt ꝺixi) modo consentit, ꝙ clerici teneãtur. & ita post multa ꝓcluſi in tra. de peste. in tit. de remediis ꝑseruati. ꝺ pestẽ, nono remedio præseruatiuo. Nec obst. ꝙ laici non pñt grauare clericos, cũ nullã in eo habeant iurisdictionem, quia fateor ꝙ auctoritate laici non pñt cogi ad solutionẽ, sed benè pñt cogi auctoritate Episcopi ad consentiẽdũ & contribuẽdũ. arg. c. nullus. de iure patro. Et ita tenet Cy. in

d Lad inſtructiones. Panor. in d.c. non minus. col. fin. Gui. Papæ in d. deciſ. lxxviij. Alaſ in d. l. placet. & nullus diſſentit. Circa tertiũ genus, videlicet circa doctores, an teneãtur ad ſolutio-
9 nem huius collectæ † Ad iſtud rndeo quatenus impoſita fuit pro reparationibus murorum, pontium, fontium, aquæductus publici, & pro conſeruanda & liberanda ciuitate à contagione, doctores teneri per eaſdem rationes, quib. clericos conuenit poſſe demonſtraui. ſed quatenus impoſita fuit pro meratis ſiue guarniſonibus euitandis, vel ſuſtinendis, nõ parua videtur dubitatio, quæ cõſiſtit ſuper intellectu. l. medicos. C. de profeſſ. & medic. lib. x. vbi Medicis, literarum profeſſoribus, & legum Doct. conceditur immunitas ab omnibus oneribus ordinarijs & extraord. & maximè ab oneribus hoſpitationum, quas nos caualcatas et guarniſones dicimus. Modo quæritur, an omnibus legũ Doctoribus, an actu ſolum legentibus hoc immunitatis priuilegium conceſſum intelligatur? Bar. ibi reſpondet, actu legẽtes dũtaxat hac prærogatiua honeſtatos fuiſſe. Sequitur Paul. de Ca. in prima Cod. cõſtit. col. ij. et ? ho. Parpa. in reperi. dictæ legis placet, col. x. x. Ange. in § item Romę. colum. fi. inſtit. de excu. tuto. quorum fundamentum ſtat in eo, quòd Imperator ibi atteſtatur ſe conceſſiſſe huiuſmodi priuilegiũ, quo facilius liberalib. ſtudijs et memoratis artib. multos inſtituant, quæ ratio conceſſionis ad legentes tm̃ adapta tur, ſecundum eos, ergo ad legentes ſolos reſtringenda diſpoſitio, quæ à ratione regulatur. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. ij. l. regula. §. ſi quis. ff. de iur. et fact. ignor. Contrariam opinionem, quòd diſpoſitio dictæ legis medicos procedat generaliter etiam in doctoribus legẽtibus, tenet Pet. de Ancha. in clementina ſecunda de magiſt. & Are. cõſi. 94, reſpondeo breuiter, & c. in principi et Gui. Papæ in d. deciſ. lxxxviij. Nec ob fundamentum Bar. ſecundum? Are. quia ille text. quatenus loquitur de ſalarijs præſtandis quo facilius multos inducant, nõ refertur ad doctores legum, nec ad medicos, ſed ad profeſſores literarum. Et contra Bar. recolo me conſuluiſſe in fauorẽ magnifici do. Ioannis Panicij doctoris clariſſimi, quia ille tex. nõ ſolum eximit ab omnibus oneribus literarũ profeſſores, ſed etiam doctores, ergo etiam eximit doctores nõ profitentes. Alioquin Imperator ſuperuacuè addidiſſet legum doctores, quia doctores profitentes ſatis cõtinebantur ſub illis verbis, et literarum profeſſores. Item pro hac ſententia contra Bart. et ſequaces adduco text. in l. fi. ff. de mune. et hono, vbi medici et philoſophi. et iuriſperitum doctores, qui veram ſectantur philoſophiam. l. j. § i. ff. de iuſtit. et iure eximuntur ab hoc munere. nec ille tex. ſe reſtringit ad legẽtes, ergo nec nos reſtringere debemus. l. j. § generaliter ff. de leg. præſtan. Mouebatur etiã, quia doctores etſi nõ legãt, ſua tamen doctrina inſtruũt iudices et clientulos. l. aduocati. C. de adu. diuer. iud. nec vlla ratio ſubeſt quare aduocati non etiam immunes eſſe debeãt qui peregrina negotia ad ſuas trahunt moleſtias vt laborib. ſubueniant alienis, ſecundum Caſſiodo. qui ſi vt decet. poſtulauerint, duriorem meliorem̃que vitam agunt, quàm fratres prædicatores et mendicantes, ſecundum Hoſtien. in proœmio ſuæ ſummæ. col. iiij. Et benè facit tex. i capitulo ſi rector. xliij. diſt. et hãc opi. q̃ dicta lex medicos. ſit generaliter intelligenda, viſus eſt amplecti Mat. in notabili, xcv. inci. nota q̃ doctores legũ. et Paris in tracta. de ſyndica. in ver. mãdauit Rex. Et in eadem perſiſto ſententia, declarando tamẽ, vt procedat in doctoribus docẽtis et qui legẽdo & poſtulando multos inſtituunt vt dicitur in d. l. medicos, ſecus in doctoribus ſolo nomine, qui neſciunt vel nolunt docere. arg. l. qui ſub prætext. et quod ibi no. Bar. C. de ſacroſan. eccle. Et ita declarat Alc. in l. centurio. col. iij. et ibi nouiſſimi. colũ vij. ff. de vulg. et pupil. Nam priuilegia cõceſſa doctoribus, nõ comperunt doctoribus illis, qui neſciunt docere, vt probat And. Sicu. in proœmio. co. xiiij. quod credo verum in priuilegijs conceſſis propter doctrinam, vt in d. l. medicos. ſecus in priuilegijs conceſſis propter ſolam dignitatẽ doctoratus. et ita intelligo quæ ſcribit Are. in cl. clerici. col. ij. de iudi. et Fely. in rub. de maio. et obe. Quinimo doctor inutiliter legens, nedũ ſalario, ſed doctoratu priuandus eſt, ſi aliter neſciat docere, ſecundũ Bar. in l. ij. C. de profeſſ. et medi. lib. x. Circa quartum genus, videlicet circa monetarios ſi quæratur, an d. iure cõmuni ſint monetarij exempti à collectis dicendum eſt q̃ non, quia collectæ ſunt onera patrimonialia, vt per Bar. in l. j. C. de mu. et in quo loco. et Pan. in d. c. nõ minus. à quibus excuſantur, niſi expreſſo iure caucatur. l. ij. C. de mu. patri. lib. x. Et q̃ monetarij teneantur ad onera patrimonialia, eſt tex. iuncta gl. in l. primicerium. C. de fabricẽſibus. lib. xj. qui vult, q̃ ſolus primicerius frabricenſium (ſecundum Ioan. de Pla. in rub. C. de vete. numi. poteſtate eadem libro) habeat priuilegium exemptionis à muneribus perſonalibus. & facit text. in l. eos C. eod. titul. Si autem quæritur, an priuilegium conceſſum per retro Principes Auriacenſes mihi exhibitum tribuat immunitatem monetariis à dicta collecta. Prima fronte reſpondendum videtur q̃ ſic, quia priuilegium eos eximit ab omni talea & caualcata ac ab omnib. ſeruitutibus & vſagijs, ergo etiam ab hac collecta, quia qui rorum dicit, nihil excludit. c. ſolitæ de maiori. & obed. l. à procuratore. C. mand. Et quia priuilegium cõcedit illis immunitatẽ, qua gaudent monetarij Delphinales, qui ſunt exempti a ſubſidijs Delphinalib. vt atteſtatur Guido Papæ deciſ. 402. Sed quid de monetarijs. Sed præmiſſis non obſt. contrarium verius eſſe reſpondeo, intractatis rationib. Primo, quia huiuſmodi collecta ſubrogata fuit loco onerum reparationis murorum, pontium, viarum, & ſimilium, ac propter peſtem, à quib. onerib. nemo exemptus eſt, nec etiam eccleſiaſticę perſonę, vt ſ. abundè dictũ fuit. Item ſubrogata fuit in locum oneris guarniſonum & hoſpitationũ, à quib. nemo excuſatur niſi qui à l.
10 ſpecialiter eximitur † l. j. § eos milites. ff. de muneri. & hono. l. ſunt munera. ff. de vacatio. mune. Nec generalis immunitas ab omnib. onerib. extenditur ad onus hoſpitandi milites. l. j. C. de muneri. patri. lib. 10. Secundò, quia priuilegium immunitatis generaliter conceſſum non eximit priuilegiatum ab oneribus ordinarijs l. fi. § pen. ff. de mune. & hono. l. is qui. & l. in honorib. § qui muneris ff. de vacat. mune. Collecta autem
11 impoſita per adunãtiam populi generatem dicitur onus † ordinarium, ergo & c. l. ita per hanc rationem determinat Bar. in l. hi qui. ff. de iure immun. & in l. j. C. de ſuperindict. lib. 10. & Parpa. in d. l. placet. col. fi. Tertiò quia inferior à ſupremo Prin-
12 cipe non poteſt immunitatem alicui concedere † in præiudicium tertii. maxime reip. ſm Panor. in c. peruenit. col. fi. de immu. eccle. & maximè à muneribus patrimonialib. quæ conſiſtunt in ſolo ſumptu abſque labore corporis, vt eſt præſens collecta. nam priuilegium immunitatis ab oneribus patrimo-
13 nialib. nullius eſt momenti, † niſi in eo ſit adiecta clauſula, nõ obſtante. l. vacuatis. C. de decurio. lib. 10. inferior autem non
14 poteſt vti † clauſula non obſtante, vt latè per dñm Alexand. & Moder. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & per Fely. in c. j. colũ. j. de reſcrip. Ex hoc benè ſequitur quòd inferior non poteſt à patrimonialib. immunitatem alicui concedere in alterius præiudicium. Non igitur monetarij iure poſſunt ab hac collecta ſe excuſare, tum quia ſuum priuilegium non vendicat ſibi locum in oneribus ſubrogatis loco refectionis murorum, & ſimiliũ. Tum, quia non trahuntur ad onera ordinaria, tum quia Principes Auriacenſes recognoſcentes ſuperiorem nõ potuerunt, eos eximere in præiudicium aliorum. Ex quo infero, quòd
15 quatenus priuilegium eos eximit à talea caualcata † & cæteris ſeruitutibus & vſagijs, debet intelligi de taleis & caualcatis & ſeruitutibus concedentibus debitis & per eos impoſitis, non de collectis impoſitis per vniuerſitatẽ pro neceſſitatib. reipublicæ, quia nemo creditur voluiſſe concedere, niſi quod potuit. Lucius §. Imperator. ff. ad municipa. l. prior. §. fin. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuita. perti. c. à nobis. de ſentent. excõmu. & taliter debet intelligi, q̃ inferior, qui imponeret aliqua
16 onera communitati, detrahat † de ſumma tantũ, quantum ſoluerent ipſi monetarij exempti ab illis oneribus ſecundum Ioan. And. d. Ant. & Panor. in d. c. peruenit. & Pan. & Fely. in c. accedentes de præſcrip. Vlterius poſito, q̃ Auriacenſes Principes iurè potuiſſent dare monetariis immunitatẽ etiam à collectis impoſitis per concilium generale etiam pro reparationibus mœniorum, eſſet tamen reſtringenda immunitas ad monetarios actu cudentes monetam, quia priuilegium conceſ-
17 ſum propter artem, † eatenus prodeſſe debet priuilegiato, quatenus exercet ipſam artẽ. l. ſemper. § negotiatores. §. pe. & ibi Bar. ff. de iure immu. l. qui ſub prætext. vbi etiam Bart. C. de ſacroſan. eccle. nec ſufficit quandoque cudiſſe artem exercuiſſe, ſi modo non vacant artificio, ſecundum Guido in d. deciſ. ccccij & verũ dicit. per tex. in l. j. C. de collegia. & nummi. vbi inquit legiſlator, obuiandum eſt nummulariorũ fraudibus, q̃ cum munus non impleant, ſe tamen aliis muneribus ſubtrahere conantur. Inſuper non omnes cudentes, ſed magiſter gene-
18 ralis † ſolum eſſet immunis, ſecundum eundem Guido. deciſ. ccccliij. quid autem de magiſtris. Quod gabellariorum ſimili-
19 tudine comprobatur, nam principales † gabellarum conductores immunitate duntaxat perfruuntur, non etiam participes fideiuſſores, exactoresque ſecundum Ioan. Firma tract. de gabel. in ij. parte. q. xvij.

IOAN-

IOANNIS FRANCISCI RIPAE
IVRISCONSVLTI EXCELLENTISSIMI,
Super Codice absolutissima Responsa,

Nunc postremò maioriquàm hactenus vnquam factum sit diligentia recognita, & repurgata, incipiunt fœliciter.

¶ De Diuersis rescriptis.

RESP. CLXIX. & de Diuers. rescrip. 1.

TITIO Princeps īdulsit, vt litigiosa Molēdina posset im punè distrahere. Quæsitū fuit, an is ea vēdere potuerit iudici delegato? Ego absq; speciali gratia ō potuisse respōdi, sed vēditio defēdit, si noui principis ꝓ sensu fuerit prīcipaliter approbata. At si princeps gratiā suā revocauerit, ꝓctus irritus erit, non tñ venditor litigiosi vitio notabit, ne authoritate rescripti illaqueatus dicat. Qui aūt ꝓtestat venditionē rei litigiosæ ꝓ intecta habere, vbi ius nō assistat, si rei traditionc ꝓtestationis fines transgrediatur, à pœna minimè releuabit, à qua nec recusatione rei tueri se poterit.

SVMMARIVM,

1 *Dispensatio facta super vno defectu, non porrigitur ad alium.*
2 *Dispensatum cum iudicibus, vt possint contrahere cum subditis, nō quam censetur per generalem gratiam, sed opus est speciali & individua.*
3 *Mentionem specialem exigentia, nō comprehenduntur sub generali gratia.*
4 *Iudex cum quibus contrahere possit, & cum quibus non.*
5 *Cedens iura sua litigiosa potentiori, hac pœna plectitur, vt talia iura in aduersarium transferantur.*
6 *Protestatio declaratoria, in quibus excuset protestantes à delicto, & quando. nu. 7.*
8 *Princeps nullam fraudem debet adhibere in præiudicium subditorū.*
9 *Clausula non obstantibus primis rescriptis, solùm operatur quantū ad dispositionem specificatam.*
10 *Feudatarius, qui feudum alienauit, irrequisito domino, etiam quòd illud recuperarit, non euitat commissum.*

Respon. interpreta.

AD primum An licētia obtēta à principe per Raspalum de alienando molendino nō obstante litis pendētia sufficiens ita ꝓ potuerit Raspalus vēdere dicta molēdina iudici delegato, coram quo causa ipsorum molendinorum pendebat? Respondeo, ꝓ nō, qa ꝯ talem ꝯctū obstāt duo. videlicet vitium litigiosi. l. 2. de litig. & defectus ex parte iudicis, q prohibet ꝯhere cum habentibus litem corā eo. & aliis subditis. l. nō licet & l. quæ officij. ff. de cōtrah. emp & l. auferē. §. qd
1 à præside. ff. de iur. fisc. cum cōcord. Dispēsatio† aūt facta super vno defectu nō porrigitur ad alium. l. si domus. ff. de seru. vrb. præd. c. ex tuarū de autho. & vlu pal. Firmat Oldr. consil. 247. factum tale est. Ioan. Andr. in addit. Spec. super rubr. q filij sint legit. & Bald. in l. eam quā. col. viij. C. de fideic. & in l. j. col. pen. C. de iur. vbi dicit, ꝓ nō sufficit clausula generalis, nō obstāte, vbi sunt plura obstacula, sed requirit specialis mentio singulorum. & ad istud ꝓpositū cumulauit Fely. in c. postulasti. colu. 4. & seq. de rescrip. & Dec. in c. ad aures. col. vj. eod. tit. Præterea ouñ ꝓ generalem gratiam censet cum iudicibus† dispen
2 satum, vt possint ꝯhere cū subditis, sed opus est speciali & individua gratia. l. j. C. de contract. iud. ibi, nec specialem nr̄i numinis hoc eis permittētis diuinā rescriptionē habere meruerint. & d. l. nō licèt. ibi, nisi specialiter hoc eis concessum est. q
3 cūm† exigunt specialem mentionē, nō comprehendūt in gra generali, fm gl. in clem. j. in ver. & specialiter. de iudic. & Ioan. And. in c. j. de excepr. lib. vj. Et ad hoc plura congessit Sas. in l. 1. col. j. & seq. ff. si qs in ius voc. non ser. Nec dicat, ꝓ nullus erat defectus in hoc iudice, cū esset iudex perpetuus, q nō prohibetur ꝯhere cū subditis. l. præsidis ꝓuinciæ. ff. si cer. peta. qa ꝙtum ad Raspalum forensem, nō erat iudex ꝑpetuus, sed dūtaxat ꝙtum ad causam sibi delegatā. Præterea & si iudex perpetuus non ꝓhibetur ꝯhere cū subditis generaliter, credo tñ
4 ꝓ† ꝓhibeat ꝯhere cū his, q causas agūt corā eo, qa & cū his ꝯhere ꝓhibentur etiam aduocati. l quisquis. §. præterea. C. de poss. ea. infames. §. ꝓterea. 3. q. vij. Nec ēt obstare videt, si dicat ꝓ ille iudex delegatus nō cognouit amplius de causa, sed eius locū tenens, qa eū non subdelegauerit cām in totū, sed partē, nō desiit esse iudex, sed eius locū tenēs cognosceret. Nā poterat hic delegatus quoties voluisset, cām reassumere, & de illa cognoscere, vt not. in c. sup quæstionū. in prin. de offic. deleg. Si aūt subdelegasset cām suo locū tenēti in totū ante emptionem, nō crederem eum prohibitū ꝯhere, cū nō esset amplius iudex. d. c. sup quæstionū. §. porrò, &c. Ad secundū, an secunda gratia habeat prodesse, ita ꝓ cōualidetur ꝯctus factus cū d. iudice. Respondeo ꝓ sic, qa talis gratia fuit specialis, qua stante, valet ꝯctus. d. l. j. C. de contract. iudi. & d. l. nō licet. Nec obst. si dicat, ꝓ stāte inualiditate primæ gratiæ acquisitū erat ius aduersario, qd̄ p secundam gratiā nō vr̄ tolli potuisse, cū nō posset princeps auferre pœnā semel parti applicatā fm gl. & Mod. in l. ij. C. de in ius vocan. q cūm cedit iura sua litigiosa potētiori, hac pœna plectit, & talia iura in aduersarium transferūtur.
5 l. fi. †C. ne lic. pot. Quia ad istud respondet, ꝓ p alienationem rerū corporalium litigiosarū nō acquirit aliquid aduersario. l. pen. ff. de alien. iud. mut. cau. facta. Sed solùm cōpellitur emptor restituere rē venditori, soluta æstimatione hīc. l. fi. C. de litigi. nec etiam p alienationē factam in iudicē res vēdita applicatur parti collitiganti. d. l. auferē. §. j. ff. de iure fisci. vnde ītra p partē allegat ius fuisse sibi quæsitū. Non obst. tex. in d. l. fi. C. ne lic. pot. qa loquit in cessione actionū, fm gl. ibi, nos loquimur in alienatione rerū corporalium. & ita declarat Azo in Summa C. de litig. Sed posito ꝓ aliqd ius parti acquisitum fuisset illi ex dispositione legis editæ à principe, potuisset prīceps ipse tale ius auferre, fm Ang. in l. Antioch. ff. de priuileg. cred. & in l. Lucius ff. de euict. & plura ad istud ꝓpositū adducit Fel. in c. q in ecclesiarū. colū. xvj. vers. quinta declaratio. de constit. Non obst. tradita in l. ij. C. de in ius voc. quia ꝓcedunt in principe recognoscēte superiorē, vt patet ex doct. Bart. ibi: nos verò loquimur in do. Delphino, qui ī suo Delphinatu tenet locū supremi principis, q potest ius acquisitū ex legis dispositione auferre cui vult, vt patet ex prædictis. Ad tertium an illa ꝓtestatio, ꝓ vēditio habeat pro nō facta, vbi ei ius nō assisteret, excuset ꝯhentes à vitio litigiosi? videtur† respondendum ꝓ sic, qa in his, in quib. factum regulat & modificat ab
6 animo, ꝓtestatio† declaratoria excusat ꝓtestantes à delicto, fm gl. in l. j. in vers. nec vi. C. vti pos. p quā ita docet Bar. in d. l. j. & in l. non solùm. §. morte. col. vj. vers. circa quartū. ff. de no. ope. nun. ꝯctus autē resolutio pendet ab animo ꝯhentium. l. j. & ij. C. qn̄ lic. ab empt. disc, ergo, &c. & ad hoc facit optimum simile de emphyteuta, qui alienauit rē emphyteuticam, si & dummodo directo dño placuerit. Nam talis ꝓtestatio eū excusat à commisso, qa nō dr̄ facta alienatio, si dñs non consentiat, fm Alb. de Ros. in l. fin. C. de iure emph. & Iac. Aluar. in c. j. in prin. de proh. feu. alie. cū concor. adduc p Cur. seni. cons. & viso instr̄o. Contrariū vr̄ verius, qa ꝓtestatio ꝯria facto in his q̄ dependēt à prāre iuris, nō aūt partiū, nihil operat. l. alimēta. C. de neg. gest & c. cū M. Fer. de consti. nō dependet aūt à ptāte partiū alienare rē litigiosam, absque vitio litigiosi, ergo, &c. Nec obst. dū dr̄, ꝓ ꝓtestatio excusat ꝓtestātē à delicto in casibus, in quib. factū regulatur ab animo, qa ꝓcedit qñ animus tollit vitiū à facto, sicut loquitur gl. in d. l. j. C. vti pos. s. quādo qs ingredit possessionē alterius, ꝓtestando ꝓ nō vult possessorem deiicere, secus qñ animus nō tollit† vitium à facto, vt in
7 casu nr̄o, in quo venditor transtulit dñium & possessionē rei litigiosæ in iudicē. Nā animus nō tollit vitiū trāslationis possessionis in alterū, & idcò si emphyteuta, q ꝓtestatus est se vēdere, si dño placuerit, nō excusat virtute talis ꝓtestationis, si rē tradidit emptori, fm Bal. ī c. cumana. ver. & ꝑdicta faciūt. de elect. & in c. j. §. hæc quoque. ad fi. de succes. feud. & seqt̄ Fel. q alias authoritates adducit in c. quę in ecclesiarum. col. xxx. de consti. Refert ergo, an Raspalus transtulerit possessionem molendinorum in emptorē. an verò steterit in puris finibus protestationis suæ. Ad quartū, an per vltimū rescriptū fuerit derogarum primis duob. quib cōcessa fuerat alienādi facultas ēt in d. iudicē, nō obstāte vitio litigiosi? Ista quæstio pōt dupliciter intelligi. Primò, an princeps, siue eius locū tenens potuerit. Secundò, an derogare voluerit. Ad primum quantū ad effectum,

festum,q̄ alienatio nō valcat,respōderem principē potuisse, sed q̄tum ad hoc,q̄ commissa sit pœna litigiosa vel alienātis in iudicē,nō credere potuisse, ne authoritate rescripti q̄hentes illaqueati reperiant.l j.C.de his q̄ ven.etat.impe. Alioquin esset in ptāte principis facere,qñ vellet impetrantes gratiā q̄ ius inciderē in pœnas, reuocādo ipsas gratias p̄ suo arbitrio, qd est absonū & crudele dictu: nō em̄ debet princeps fraudē
8 villam † adhibere in præiudicium subditorū.c.p tuas.de don. nec inde iniuriarū nāciscēda est occasio, vnde iura nascunt. I.meminerint.C.vnde vi. Ad secūdum, an voluerit derogare, nō possum dare certū responsum,qa nō fuit mihi exhibita copia rescripti. Ex his th.q̄ præsupponunt in narratione facti,arbitror q̄ voluerit derogare primis,in ea dūtaxat parte,quatenus p̄ prima rescripta impediri potest,ne iudex cognoscat de causis dictorū Molendinorum,simul cū causa possessorij, de qua in themate. Quia illud est, qd̄ principaliter mandet p̄ vltimum rescriptum emanatū cū clausula,nō obstantibus primis
9 rescriptis,q̄ clausula † solūm operat̄, q̄tum ad dispositionem specificatā.c.pastoralis.ibi,q̄tum ad ea,q̄ specialiter exprimūtur.de rescrip. Præterea nō est verisimile,q̄ prīceps voluerit derogare primis q̄tum ad effectū,vt Raspalus venditor,& iudex emptor incidat in pœnā ob alienationē factā authoritate dictorum rescriptorū,qa nō potest illud facere,nec conuenit principi,vt statim dixi.cōcessio aūt principis in dubio restringenda est.vt id solūm voluerit concedere,qd̄ suę est potestatis.l.Lucius.§.Imperator.ibi, cum ad ea, q̄ mandari possunt volūtate dedisse videaris.ff.ad muni. Ad vltimū,qd̄ habet duo capita,videlicet,an euitabunt̄ pœnę vitij litigiosi,& alienationis in iudicē,si iudex in vim dicti pacti resolutiui retro tradiderit Molendina Raspalo venditori? Ad istud p̄mū caput respondeo nō euitari,qa semel dolum fecit Raspalus,cū vendere & tradere.l.j.§.si rē.ff.depos.nam feudatarius,q̄ feudum
10 alienauit irrequisito dño,etiam q̄ illud recuperauerit,nō euitat commissum. c.1.in tit.qd iuris sit,si vasal.feud. recupe.Et idem in emphyteuta dixit Bar.in l.sequit.§.item Labeo.in fin.
3 ff.de vsuca.& sequunt cōiter Dd teste Ias.in l.fi.col.antep.C.de iuro emphyt.& Dec.cons.160.in vlt.dub.

RESPONS. CLXX. de Diuers.reserip. II.

SVPPLENATIONE Iuuanda est concedentis intentio,& ad eum sensum verba trahenda sunt, qui repugnantiam non admittit,& loquentis potestatem non excludit.

SVMMARIVM.

1 *Imperator non potest reuocare donationem factam ecclesiæ.*
2 *Iura concessa creduntur insolidū ecclesiæ Arelatensi,à Ludouico Conrado & Federico principibus,per hæc verba,ad ius & proprietatem ecclesiæ pertineant.*
3 *Obtinere dicimur,quod iure nostro & canonico titulo possidemus.*
4 *Copula æqualiter copulat,& æquè partes distribuit.*
5 *Donata prælato & successorib.suis,differūt in vsu,à donatis ecclesiæ. Locutio indefinita æquipollet vniuersali.*
6 *Confirmatio confirmat rem prout est,& quid confirmatio.*
7 *Pro indiuiso verbum,communem cum alio denotat.& quæ eius vis præterea.*
8 *Facere nemo præsumitur voluisse id,quod non poterat.*
9 *Imperialis maiestatis est,tueri iura ecclesiæ,non diminuere.*
10 *Confirmatio regaliorum & pascuorum archiepiscopi & ecclesiæ Arelatensis per Federicum facta his verbis,secundum antiquam & rationabilem prædecessorum concessionem,nihil noui inducit, sed antiquam concessionem,approbat.*
11 *Recedendum non est à verbis claris,adeò vt interpretationem non admittant.*
12 *Copula quæ copulat simpliciter,dicitur copulare causa coniungendarū orationū sub eodē verbo, nō autem coniungere copulata.*
13 *Verba sunt ita interpretanda,vt effugiant repugnantiam.*
14 *Subauditio permittitur ad tollendā contrarietatē & absurditatē.*
15 *Ecclesia ponitur pro capitulo,siue clero.*

Respon. interpret.

LVDOVICVS Conradus & Federicus domini Principes dono dederūt regalia vrbis Arelatensis, & totius Archiepiscopatus, necnon pascua campi lapidosi, & alia plura Archiepiscopo & ecclesiæ Arelatensi,deinde Federicus prædictas donationes his verbis confirmauit, secundum antiquam & rationabilem prædecessorum nostrorum Regum Imperatorum concessionem, confirmamus tibi Raymunde, venerabilis Archiepiscope, & pro te & tuis successorib. regalia totius diœcesis Arelat ecclesiæ,& ipsam ciuitatē pro indiuiso,&plenā iurisdictionē in ciuitate,in causis consulibus ad retinendā ciuitatē ad seruitiū Imperij,&dñi Imperatoris,& alia q̄ ptinēt ad iurisdictionē tuā,sicut sunt roloncа,pedatica iustitiæ.Iudæi,corda,quītale,farnaria,monetа,portus, stagna,lacus,paludes,flumina & pascua de lapide.Ipso agro,videlicet vt de oī fructu & vtilitate,q̄ ex his, q̄s describimus, poterūt prouenire,ecclesia Arelaten.&tu venerabilis Archiepiscope habeas & possideas medietatē,&p te &tui successores, eandēq; mediā partē tibi tuisq; successoribus p̄nti scripto cōfirmamus.Quærit an vigore earū largitionū imperialiū integra regalia integra pascua spectēt ad Archiep. an p̄ dimidia parte duntaxat.Pro resolutione huius q̄siti ante oīa discutiē dū est,an regalia & pascua prius fuerint p Lud.Conradū&Federicū donata Archiepō insolidū,vl̄ p parte.nā si insolidū donata sint,cōstat Federicū,etiā si voluisset,nō potuisse adimere partē,& ad se vel aliū transferre,qa ēt Imperator nō p̄t
1 reuocare † donationē factā ecclesiæ,sm Inn.in c.nouit. de iudicā Imperator vinculo iuramēti p̄stiti in coronatione,tenetur iura ecclesiæ defendere.nō aūt subuertere.c.j. de iurei.in vj.c. fundamēta de elect.eo.lib. Nā donata ecclesiæ,censent̄ donata Deo à quo auferri nō p̄t ēt pp ingratitudinē Prælatorū. c.verū.de cond.appos.& ibi Car.Pan.& alij.no.& plenè tetigī in rep.l.fi.C.de reuo.do.q lij.&firmat Fely.vbi alia adducit,in c.ecclesia S.Mariæ.col xxxix de consti. Facit tex.in l.pfecta.C. de do.q̄ sub mo.& l.veles.C.de reuo.don. Si primā Ludouici donatiōē inspicimus,ecclesiæ S.Stephani oīa donata legūt. Ingt em̄ Lud.Manasses S.Arelatēsis ecclesiæ Archiepus propinquus noster charissimus,portū Toloneum cū moneta ad ius & p̄prietatē ecclesiæ S.Stephani teneat & ppetuò possideat,& oēs res quas antecessor suus ab antecessore meo obtinuit p̄fata ecclesia,ppetuò obtineat.Ex quib.verbis colligit̄, q̄ insolidum d.iura fuerūt donata ecclesiæ.c.2. de in inte.rest.ibi,ad
2 ius † & p̄prietatē ecclesiæ Romanæ,&c.& c.j.§. q̄stes.ibi bonorum.quæ in alia diœcesi obtinere nōscunt de for.compe.l. vj.& not.p Arch.in c.si gratiosè de reser.eo.li.vbi concludit,
3 q̄ idē dicimus obtinere † qd iure nr̄o canonico titulo possidemus.Si verò donationē Conradi cōtemplemur ibi,tibi Arelat. ecclesiæ Archiepiscope,& p te ecclesiæ tuæ nr̄a regalia in vrbe Arela.& totī tui Archiepat⁹ cōcedimus.& ibi,tibi iā dico Reuerēd.& Arelatensi ecclesiæ & successoribus tuis concedimus,vbi donata regalia & pascua archiepō p̄ dimidia,& ecclesię p̄ altera dimidia,qa copulatiue vtrique legunt̄ donata quæ copula æqualiter copul.l.eos.§.cū in tabulis.ff.d duob.
4 re.& æquè partes † distribuit.Iterdum ff.de hær.inst.l.si qs Titio.ff.de vsuf.acc. Et si dicat̄,q̄ donata Prælato intuitu prælaturæ cēsent̄ donata ecclesiæ:qa quicqd acquirit Prælatus,ac quirit suæ ecclesiæ.c.j.& ibi no.de pec.cler.& ca.inquirēdum. eo.tit. Istud nō negauerim. Sed dico q̄ dīa est in vsu,qa donata † Prælato & successorib.suis,cēsent̄ donata ecclesiæ p̄ vsu
5 ipsius Prælati,sed donata ecclesiæ intelligunt̄ donata ad oēs vsus necessarios p̄ seruitiis & necessitatib.ipsius ecclesiæ.l.ciuitatib.& ibi not.ff.de leg.j.& sic q̄tum ad ius & p̄prietatē regalia & pascua fuerūt donata p Conradum ecclesię Arela.in solidum.nō aūt p̄ dimidia,sed q̄tum ad vsum dimidia fuit donata ecclesię,dimidia verò archiepō. Nā cū Conradus indefinitè & simplr donauerit ecclesię & archiepō sua regalia & pascua cāpi lapidosi,cēsēt donasse oīa regalia et integra pascua quę sua erant tpe donationis.l.si ita.ff.de aur.et arg.leg.l.serui electione.§.fi.et l.q̄d in rerū.§ si qs post & ibi not.ff.de leg.j.et facit indefinita locutio,quę æquipollet vli.l si p̄ lorib. ff.de le. 2.c.qa circa.de priui.si ēt intueamur cōfirmationē primo loco factā p Federicū ibi tibi,tuisq; successorib.cōfirmam⁹ &c. q̄ Romani Reges & Principes p̄uinciæ ecclesiæ Arelatēsi tuę
6 p̄cesserunt.Ide dicendū est qd̄ s. p̄xime.l.q̄ oīa sunt ecclesiæ donata.qa p̄firmatio † cōfirmat rē. put est l.Aurelius.§.testō. ff.de lib.leg nā p̄firmatio nihil aliud est, q̄ iuris prius quæsiti corroboratio,sm Host.in Sūma de cōfirm.vtil.vel inut. & confirmatio cōmensurat̄ ad actū p̄firmatum.sm Bal.in l.nominationes.ad fi.C.de appel.Sed si renorē secūdæ p̄firmationis factæ p Feder.diligenter aduertamus,vī dicendū q̄ Archiepo, & ecclesiæ simul nō fuerit donata nisi dimidia regaliorū&pascuorū.Inquit.n.Federic⁹,cōfirmamus tibi Raymūde venerabilis Archiepe,& p te tuisq; successorib.regalia totī⁹ diœcesis Arelatēsis & ciuitatē ipsam pro indiuiso.Pōdera verbum,
7 p̄ indiuiso,qd cōmunionē cum alio denotat.l.hæc hērde.§.Lucius.ff.de adm.tu. Sensus ergo Federici vī fuisse cōcedere regalia & ciuitatē p̄ dimidia.Nā verbū,p̄ indiuiso.vī ēt qualificare verbū,regalia.qa qualitas in oratione posita rotā qualificat orōnē.L4.§.ceterque dīa.& ibi Bar.ff.vi bo.r.p.Itē subiicit Federicus,ita videlicet,vt de omni fructu & vtilitate, q̄ ex his,

quæ

quæ ſ. deſcripſimus, poterũt puenire, eccleſia tua & tu venerabilis Archiepe habeas, & poſſideas medietatẽ, eãdemq; medietatẽ ribi tuisq; ſucceſſoribus cõfirmam⁹. Ecce verba clariſſima qbus apparet qꝓ nõ fuit donata niſi medietas emolumentorum. vñ cũ in verbis nõ ſit ambiguitas, nõ ẽt vꝰ admittẽda voluntatis qõ. l. ille, aut ille. §. cũ in verbis. & l. nõ aliter. ff. de l. 3. Illa n. verba, & eccleſia tua, & tu habeas, & poſſideas medietatẽ, clara vnr, qa copula cõiungit eccleſiã & Archiepm ad vnã dimidiã. l. Titius. & l. interdũ. ff. de hær. inſt. l. Mæuio. & ibi no. ff. de leg. 2, ſunt. n. cõiũcti re & verbis, qa eos verborum & rei complexus iungit. l. triplici. ff. de verb. ſign. & l. re coniũcti. ff. de leg. 3. ſed quãquã ex verbis apparere videat Federicũ nõ voluiſſe ꝯcedere niſi medietatẽ, attñ aliã puto fuiſſe eius mẽtẽ Et ad demõſtrãdũ aliã fuiſſe Federici volũtatẽ, ꝓſidero plura. Primò cõſidero, qꝓ nemo ꝓſumit† voluiſſe facere, qđ nõ poterat. l. Lucius. §. Imperator. ff. ad muni. ca. à nobis. de ſentẽ. ex cõ. Sed Federic⁹ nõ poterat reuocare donationẽ ſemel factã eccleſiæ, & pro parte, vt oñſum fuit, ergo nõ creditur voluiſſe Sedò ꝓſidero, qꝓ idẽ Federicus q iam ꝓfirmauerat donationẽ. regaliũ & paſcuorũ, inregraliter & inſolidũ in ꝓfatione ſecundæ ꝓfirmationis aſſerit ad maieſtatẽ imperialis eminẽtiæ pertinere iura & poſſeſſiones eccleſiæ tueri. & ne prauorũ hoĩum quietudine turbentur, ſui priuilegij munimine roborare. Hęc aũt exordialis† aſſertio denotat mẽtẽ Federici nõ fuiſſe diminuere iura ęccleſiæ l. fi. ff. de. hær. inſti. & l. cũ hi. in prin. cũ ibi no. ꝓ Bar. ff. de trãſa. Et tradit ẽt ꝓ Bar. in l. ambitio. a. ff. de decre. ab ord. faci. & per Canoni. in c. 2. de cle. cõiu. ꝓ A. c. cõſil. 19. col. fi. & cõſi. 46. col. 2. lib. j. & alibi ſæpe. Tertiò ꝓſidero, qđ idẽ Fed. in 2. cõfirmatiõe expreſſè cõfirmat Archiepo & eccleſiæ Arelatẽſi regalia & paſcua ſm antiquã & rõnabilẽ ꝓdeceſſorũ Regũ & Imperatorũ cõceſſionẽ, ergo cõfirmat regalia & paſcua inſolidũ & integraliter, ſicut ꝓdeceſſoribus fuerẽt donata. Illa ẽt verba, ſm †antiquã & rõnabilẽ ꝓdeceſſorũ cõceſſionẽ, oñdũt mẽtẽ Federici fuiſſe cõcedere eccleſiæ regalia & paſcua, put & quẽadmodũ cõceſſerãt anteceſſores, q integraliter cõceſſerãt. c. Abbate, de verb. ſign. ibi, ſm ꝓteriti tpis morẽ. & c. examinata. de cõfirma. vti. vel inu. & tradit ꝓ Rom. cõſi. 336. circa ꝓpoſitã & facit, qa diſpõ relata cẽſẽt eſſe in referente. l. aſſe toto. ff. de hære. inſti. l. ait prætor. §. j. ff. de re iudi. l. qui teſtõ. ff. de excu. tuto. cũ ſimil. Et ſi dicat hæc oĩa eſſe cõſiderãda vbi res eſt dubia: ſecus vbi verba ſunt clara, qa tũc à verbis nõ eſt recedendum. d. §. cũ in verbis. Rñdeo, qꝓ vis verborum nõ tũ debet operari, vt melior ſenſu exiſtat. l. fi. C. de hæredi. inſti. & l. cũ virũ C. de fideicõ. vel aliter rñdet qꝓ à verbis nõ eſt recedendũ. qñ ſunt adeo clara, vt interpretationem nõ admittant: Alioquin, ſi interpretationem pñt recipere, tunc eſt admittenda, q menti diſponentis conueniat, qa verba debent mẽti deſeruire. c. ſecundò requiris. de appel. & ſub iugo mẽtis eſſe, & ab ea regulari, ſm Bal. in c mandatum. de reſcrip. Quòd aũt verba Federici poſſint interpretari, vt voluerit cõfirmare & donare regalia & & paſcua inſolidũ, patet manifeſtè, qa (vt ſ. dixi) l ede ſimpl'r confirmauit donationes regaliorũ & paſcuorũ ꝓ prædeceſſores ſuos factas his verbis, confirmamus tibi regalia & ciuitatẽ pro indiuiſo, itẽ paſcua. & c. ad verbum pro indiuiſo, rñdetur, qꝓ ad ciuitatẽ dñtaxat referendũ eſt, nõ ẽt ad regalia. Nec obſtat qꝓ qualitas debeat qualificare totã o rõnem. d. l. 4. §. erit q; dña, quia aduertẽdũ eſt qꝓ copula, † quæ plura copulat ſimpl'r, non autem reſpectu alicuius accidẽtis, dr copulare cauſa coniungendarum orationũ ſub eo. verbo, nõ aũt dr coniungere copulata l. j. ff. de his, q no. in. a. vbi ꝓtor ait infamẽ eſſe dãnatum furti, vi bonorũ raptorũ, de dolo, tutelæ, & depoſiti, & pro ſocio, & rñ ad hoc vt incurratur infamia, ſatis eſt furti dãnatum fuiſſe, quia copula, ſiue punct⁹ loco copulæ repetit principale verbũ ad ſingula copulata, ita qꝓ tot dñr orationes, quot ſunt copulata, ſm Bar. in l. j. ff. de iuſt. & iure. & ibi etiã allegat tex. in l. j. ff. de ſica. vnde Fed. per hæc verba, tibi regalia & ciuitatẽ ꝓ indiuiſo, qꝓ telonea pedagia, flumina, montes, & paſcua, etc voluit copulare plura ad effectum coniungendi ſenſum plurium orationum, vt breuius loqueretur, et ſic verbum confirmamus, ſubaudiendum eſt ad ſingula copulata. Vnde ſecundum regulam loquẽdi normam cenſetur tot orationes, quot ſunt copulata, vt ſit ſenſus, confirmamus tibi regalia. item confirmamus ciuitatem pro indiuiſo, Quò ſtante apparet, quòd qualitas, pro indiuiſo, qualificare debet duntaxat ſuam orationem, et ſic ad ciuitatem duntaxat referri debet, quia ſubaudiendo verbum confirmamus, prout eſt ſubaudiendum, illa verba conſtituunt vnam orationem de per ſe. ff. l. j. ff. de in fam. Secundò rñdetur, qꝓ qualitas debet oĩa ꝓcedẽtia qualificare, et ad oĩa referri præterquã ad ea, qeu ſi fieret relatio, induceret ꝯrietas l. ſi idem cũ eodẽ. ff. de iurſ. om. iud. et tradit per Bart. in l. talis ſcriptura. §. fi. ff.

to ſit nullum.idem tenet Angelus in lege conficiuntur. §. codicilli ff de iur.codi per illũ textum qui dicit, quòd defectus numeri ſeptem teſtium impedit validitatem teſtamenti.idem tenuit Iud Ro in repe.nec ſimiliter.C.ad l falc.in xxxiiij.ſpeciali præcautæ & ibi dicit ita eſſe de mente Barto.in d.l.j.ff.de bo poſſ.ex teſt.mil.Raph Cu.in l.fi C.de teſt.mil. Alex conſ.l. 77.viſis conſil vol ij & conſil. 127.viſo themate eõ. volum & cõſi 70 viſo conſi.alias per me reddito, & vtrobique dicit illã eſſe com. Præterea,vt iam dictum fuit,illa lex ſi.de teſta. non ſolum ſe fundat in raritate teſtium ſed in ruſticitate & ſimplicitate,vt ibi per ſcrib quę nõ hẽt locũ in caſu nro,qa rufticus dr ille,q in rure extra muros ciuitatis,vel oppid morat, ita dicit text.in leg j.ibi,lex ruſticana extra muros poſita.C.ne ruſti. ad vl.obſeq.lib.xj.quibus datum eſt priuilegium.d.l.ñ propter ruſticitatem & ſimplicitatem.nõ autem dicto loanni qui morabatur in loco Aurioli,q eſt vallatus,& muro cauſus in quo ſunt pluſquam ſeptingentæ domus.& pluſquã quingentæ tresfamiliæ.vñ nõ põt ipſe dici ruſticus habitans,de quo loquitur in d.l fi,ita dicit Barto.in d.l.cõficiunt.s. codicilli. facit qa loca muris cincta,qua nobiles quamplures habitãt,largè poteſt dici ciuitas,quia ad eſſe ciuitatis non requirit epiſcopalis dignitas,ſed q locus ſit per nobiles & alios honeſtos viros inhabitatus,ita dicit Abb.in c j.de priui e in x.not.& de hoc eſt text.in c. epiſcopi. lxxx.diſ.& in ca.audiuimus.iij q.j.idem no. Bart.in l.j.C.de metrop.Bero.lib.xj.ideo ipſe Borrelli qui talẽ locũ inhabitat,non põt habuiſſe priuilegia teſtandi cum minori numero ſeptẽ teſtiũ qua vt dicit Bar.in d.§. codi. quem ſequitur Alex in d.l fin C.de teſt priuilegium de quo in illa l. conceditur perſonis in loco,non ipſi loco.vnde non valet ipſum teſtm,niſi poſtea de eo publicatio per dñm iudicem facta,cum fieri non debuit.Nec p.dictis obſtare vr,quod ibi inter dñt d. Bart.in eorũ tractatu quã de peſte appellant, vbi diſtinctione nituntur ſuſtinere teſtm factum tpe peſtis valere,vbi peſtis eſſet in loco notabilis & magna,qa rndetur q pp nouas opi. non debemus à cõi opinione recedere.ſm Barto.in l.fin. C.de po.iud.qui malè iudi.& in l.cũ prolatis.ff. de re iud. Præterea, q ipſum teſtm ſit nullum ratione præteritionis liberorum,patet,quia cum ipſe teſtator haberet plures liberos, vltra eos duos.quos ſuos hæredes inſtituiſſe dr, debuit illis relinquere iure inſtitutionis.& non ſufficit quoquo relicti titulo, vt legati,vel alio,vt per gl.& omnes doc.indifferenter in auc. nouiſſima.C.de inoffi teſta.

¶ Additio d.de Beſſero.in d.ſuo conſilio.

¶ Mõdonus Serræ fuit quidus,profeſſus & cõdẽnatus de furto,& ideo eſt infamis l.j §.furti.cum ſim.ff.de his qui no. infa. quia non poteſt facere iudex,quin cõdemnatum de furto nõ ſequatur infamia.l.non poteſt ff de fur ideo eius teſtimoniũ non valet cum infamia procedat ex delicto infamante,c.teſtimonium,& ibi Abb de teſtib.l.vnic. C.de infamib. libr x.quia ferre teſtimoniũ eſt dignitas e præceptum.xxxij qu. v.ad qua non admittuntur infames.Et parum Iacobus Porretenſis. licet eſſet vxoratus,fornicatus eſt cum muliere libera.ex qua duos procreauit liberos,& inde mortua eius vxore. ſuam fornicariam.ſiue adulteram duxit in vxorem, hoc prohibẽte toto titu.de eo qui duxit in matrimo.quam po l per adul. ideo eſt infamis infamia tali.quæ poeſſit a crimine,& a teſtimonio debet repelli,vt per Abb.in d.c. teſtimonium. immo dicit lex, q decapitari deberet.l.quamuis adulterii crimen,& l.ſi crimẽ. C.ad l.Iul de adul.quia,vt dicit Bart.in l.j ff.eo. hoc crimen eſt grauius cæteris quia cætera crimina committuntur extra corpus,hoc autem cõmittitur in corpus,& propterea, vt publicus fornicarius nõ debet in teſtem admitti per text. no in ca. nemo ſibi blandiatur.xxxij quæſtione iij.not.Abba.in d.c teſtimonium.ſuper glo.prima.

RESP. CCVIII.

QVI non vti creditores.ſed vti domini iuſto titulo poſſidẽt.fructus non ſolũ quos ante litem motam, ſed etiã pendente lite perceperint,ſuos faciunt.Proinde in ſortem nullo modo computantur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ex pignore à creditore percepti regulariter ſortẽ extenuãt.*
2 *Poſſeſſores ex iuſto titulo tanquam domini fructus quouis tempore faciunt ſuos.*
3 *Litis teſtatio nec mala fides ad hoc fingit, vt iudex poſſit victũ ad fructus pẽdẽte lite peceptos, qui officio eius venit, condemnare.*
4 *Fructus pendente lite percepti ſolo iudicis officio debentur. vnde ſi de eis aliud pronunciatum ſit.abſolutus videtur qui percepit, nec amplius peti poſſunt, ſiue petiti ſiue non erant.*

Reſpon.interpret.

1 LICET Fructus † ex pignore percepti per creditorem regulariter ſortem extenuent. e.ſi dominium.C.de pign.& l. j.C de pign poſſitque hmõi exceptio extenuationis opponi ad impediendam exceptionem rei iudicatæ l.3.C de compenſa Atramen domini Canonici ſancti Petri malè ſibi perſuadẽt exceptionem ſibi competere ad excludẽdos dominos fratres de donis à iure retentionis vineę contentioſæ ratione pignoris, & hypothecæ pro ſumma quinquaginta ſcutorum auri ſeu à iure impetrãndi dominium pro dicta ſumma, iuxta lib.j. C.de iure impetran. do.Ad quod demonſtrandum & diſtinguendo tempora.oſtendam fructus perceptos per dictos dominos de donis non fuiſſe,nec eſſe in ſortem vllo modo imputandos. Aut n loquimur de fructibus perceptis † ante litem contra ipſos motam.& hos non fore computandos conſtat, quia ipſi domini fratres erant cum titulo bonæfidei poſſeſſores l bonæfidei ff.de acqui.rer.domi.l.certum.C de rei vendic. & de iſtis non arbitror aduertantes loqui. Aut loquimur de fructibus perceptis lite pendente. & fruſtra domini Canonici prætendunt poſſe cõmutare illos in ſortem, quia domini fratres de donis pendente lite non poſſidebant † dictam vineam, vti creditores ſed vti domini mediante titulo in ſolutum dationis quo caſu fecerunt fructus ſuos.leg qui fcit §. fina ff.de vſur vbi dicitur quòd quandiu res ea dicta non ſit, poſſeſſores dicuntur in bonafide quãtum ad acquiſitionem fructuum.Et licet propter lis conteſtationem ningantur in mala fide, hoc tamen procedit quantum ad hoc quod iudex poſſit condemnare ex officio victos ad fructus pendente lite perceptos. qui officio iudicis veniunt l ę tales etiam hoc prẽſtare.§ item ciẽdum.ff.de edil e lic non autem quantum ad hoc,vt exenuent ſortem,cum victus in cauſa principali illos perceperit vt dominus,& illos fecerit ſuos.ſecundum Bartol in l ex diuerſo.ad fi. ff.de rei vendica. immo cum fructus pendente lite percepti, debeantur ſolum iudicis officio ſi non fuerit percipiens condemnatus ad illos reſtituendos cenetur abſolutus tantum, q non poſſunt amplius peti.l.Paulus vbi do.Alex. & alij ff.de re iudicata.& l.terminato.C.de fru.& litium expenſis.l 4 C.depoſſit.firmat Specu.tit de diuiſ.§ nunc.& allegat. verſic,ſed ſi de fructibus.Pau de Caſtr.in l.j.C.de iudic Menſi.notabili.xc. Bald. in l.cum propria C.ſi quis alteri vel ſibi.& expreſſè Innocent. ſequẽ alij communiter ſequuntur in c grauis de reſti. ſpolia.vbi dicit,quòd ſi fructus non fuerint petiti, vel ſi fuerint petiti,& iudex omiſerit condemnare poſſeſſorem, de cætero peti nec contra eum agi poterit. Fruſtra igitur dicti domini canonici opponunt exceptionem extenuationis ſortis, prętextu dictorum fructuum,pro quibus nulla eis competit actio,quos dicti domini de donis fecerunt virtute ſui tituli,ſuos.d.l.qui ſcit §. fina.

RESP. CCIX.

QVAMVIS Almeſina bonorum omnium defuncti mariti,ex legato eius vſufructuaria eſſet,tamen ad eam penſionem de qua hic.non tenebatur.nec eius nomine,à monachis quibus illa ex contractu teſtatoris debebatur, iure conueniri potuit. Quoniam æris alieni onus omne ad hæredes pertinet.& in eos omnes perſonales actiones competunt.

SVMMARIVM.

1 *Perſonales actiones contra hæredem dantur,non autem in omnium bonorum vſufructuariũ.*
2 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.& nu.9.*
3 *Vſufructuarius omnium bonorum ſi eas alienam exoluere teneretur quod futurum eſſet abſurdum reſpectu creditorum.*
4 *Legatarius eſt qui omnium bonorum vſufructuarius inſtitutus eſt. dato cohærede vniuerſali in proprietate.*
5 *Fructus à ſolo ſeparati,licet nondum percepti fiunt vſufructus.*
6 *Fructus fundi locati curtaci è pro penſione ſunt hypothecati.*
7 *Fructus à ſolo ſeparati,exportati & reconditi, cienſe & pertienſe locatore,ſunt conductoris.*
8 *Vſufructuarius ad modicas impenſas,non magnas tenetur.*
9 *Legatum vxori rei aliena factum valet,ſiue teſta. or alienam ſciuerit ſiue ignorauerit.*
10 *Intellectus.c.filius noter.de teſtam.extra.*

Reſpon

Respon.interpreta.

BERNARDINVS Marchixius de Burgonouo in suo testamẽto Almalinæ vxori suæ legauit vsumfructum omnium bonorum pro tempore eius vitæ,donec castè vixerit.& ad secunda vota non transierit.Demum in eius codicillis prędictæ vxori legauit omnia bona mobilia,& se mouentia, ac nomina debitorum:necnon &omnia pur mobilia alienationi parata.ita quòd de dicto legato possit pro libito eius voluntatis disponere Dans insuper facultatem dict ũ legatum propria auctoritate apprehendendi.is Bernardinus tempore eius vitæ conduxerat à monachis sancti Sixti de Placentia, nonnulla prædia consistentia in agro Placentino,iste bonus vir ad huc non satisfecerat de pensione illius anni,cum mortuus est.prædictis monachis,licet ipse iam ex fundis conductis recoliegisset fructus,eósque in propriis domibus suis reconduidisset.conuenitur in iudicio vsufructuaria,conueniuntur hæredes proprietarij pro pensione,de qua supra:hæredes dicunt ipsam teneri,quia vsufructuaria omnium bonorum. Item & quia habuit fructus perceptos ex illo fundo, quorum causa ista pensio præstatur.vsufructuaria dicit hæredes teneri,quia cum eis est quasi contractum cum creditoribus hæreditariis, &sic vsufructuarius non tenetur ad solutionem æris alieni,& si habuerit fructus,quia iam erant à solo separati,& actio pro pensione est personalis, quæ obligat dimissorem, vel illum, qui succedit in bonitat eius personam,vti est hæres. Quis iustius induat arma,videre oportet.

¶Et prima facie videtur dicendũ,quòd ista vsufructuaria omnium bonorum sit illa, quæ teneatur ad onera æris alieni, quia illa vsufructuaria totius hæreditatis cõlequitur commodum,non autem hæres proprietarius,quę sequuntur incommoda.& qui commoda non sentit &c. l.secundum naturam. ff.de reg.iur.cum vulg.nonne videtur inconueniens,quòd nudus proprietarius teneatur ad onera. ipsa habente integrum vsumfructum omnium bonorum argu.l.si.§.vbi autem in omni.in fin.C.de iur.delibe.& tanto plus isto casu, quo petitur pensio illius anni cuius fructus percepit ipsa domina,quo casu pensio eorum loco subrogata est, ideo eius naturam sapere videtur cap.percipimus.xc dist.c.ecclesia.vt lite pẽden.cum vulg.& sic videretur quòd sit inconueniens,quòd ita locupletetur cum aliena iactura, vt ipsa habeat fructus.proprietarii verò soluant de suo:contra l.nam hoc natura.ff.de condic.indeb.& ita visum fuit tenere practicus Pap in forma libelli,quo agitur ad dotem,& vsumfruc. in §.dedit.& legauit. in primo membro suæ distinctionis.Istam opinionem confirmo ex eo, quia vsufructuarius tenetur subire onus æstimi & collectarũ impositarum rebus,& quibus vsumfructum percipit,non aurem in hoc grauatur nudus proprietarius.l.quæro.vbi Barto. de vsufr.leg. Alexan.in consilio 133.volumi vij.& hãc opinionem contra istam vsufructuariam,quòd teneatur ad onus æris alieni.visi sunt tenere Bald.Sali.Fulg.Paul.de Cast in l.5.in §.sinautem æs alienum.C.de bonis quæ liberis.Secundo principaliter facere videtur contra istam vsufructuariam, quia ex quo relictus est vsusfructus omnium bonorum,videtur vocata sub nomine hæreditatis,ideo obligari videtur ad onera hæreditaria.l.si quis seruus.§.fina.de legat.secundo.ff. facit dictũ gloss.in leg.his verbis.ff.de hęredibus instituẽ.vbi si in præsentia septem testium relinquo Caio omnia bona mea,tunc talis videtur hæres institutus, ita quòd poterit a creditoribus hæreditariis conueniri. istam partem contra vsufructuariam in individuo tenuit Bald.in l.fin.ff de vsufruct leg.per tex. in l.si quis seruum.§.fin.cum l sequen ff.de legat.2.nam legando vsumfructum omnium rerum,videtur omnem substantiam legare.nimirum.si onus æris alieni talem sequitur legatarium. nam quod.§.si cum l.sequent.ff.ad treb. & ita dicit Barto.vbi suprà versic.quæro quid si legatur alicui vsusfructus omnium bonorum.

¶Quartò pro ista parte facit text,in d.l.si.C.de bonis quæ liber § sinautem æs alienum.versic.sinautem legata vel fideicomissa.vbi dicit tex.quòd legata,& fideicommissa annalia,relicta in hæreditate aduentitia,tenetur pater de suis redditibus soluere,& sic de vsufructu.vt ibi dicit Bald.hoc idem not.Matheśila in suo notabili sexto,vbi formando quæstionem dicit, Testator habens valorem duorum millium ducatorum, in quo Sempronium fecit hæredem vniuersalem, vxorem vero vsufructuariam omnium bonorum,cuidam verò monasterio legauit quædam singulo anno persoluenda, ista monasterio persoluenda extrahi debent de vsufructu legato vxori.

¶Quintò accedẽdo propius ad casum nostrum,videtur dicendum istam domi. Almelinam vsufructuariam teneri ex eo quia fructus fundi locati penes se habet,qui recte intelligẽtur monasterio locanti obligati pro pensione debita. l.si in l.§.i.loca.l.in prædiis.ff quibus modis pign. tac. contrahitur.& ideo non potuit testator legare,quæ locatori sunt obligata donec pensio sit soluta.l.si seruus.§. locauit.ff.de furtis. hæc sunt quæ contra vsufructuariam pro hærede proprietario dici possunt.¶Sed his non obstantibus contrarium puto de iure verius.s.quòd immo onus æris alieni pertineat ad hæredes proprietarios.Probo sic.Nam testator,qui se obligauit ad æs alienum,in eius vita dr personaliter obligatus,& ideo contra eũ, qui se obligauit,& cũ,qui eius persona in repræsentat.& est eadem persona cum eo,vt est hæres,in auth.de iureiuran. à morient.ꝓdit.in princip. cum vulga. datur actio personalis,& sic
1 †contra hæredem datur dicta actio quia cum hærede creditores dicuntur quasi contrahere l.ex maleficiis.§ heres ff.de actionib.& obligatio. ergo solum hæredem, non vsufructuarium pro onere æris alieni conuenire possunt l.prima.C si cer.per. cum aliis adductis per Iasin l.prima.ff.ad Trebel.in j notabili. & sic non possunt vsufructuarium conuenire,quia si semel esset effectus hæres.non posset desinere esse hæres.l.qui solucdo. ff.de hæred.instit.ergo ipsa non obligatur onere æris alieni,& ita tenuit do.Socin.consi. 131.in præsenti consultatione vol. j.vbi allegat text.in l.quoties.de hæredi.instit. Istã etiam sentẽtiam tenuit Alexan in pluribus locis, maximè in l.filio.§.si vir in quinquennium ff.soluto matrimonio,vbi dicit istam opi-
§ nionem fore *communem*,contra Bartol.Et pro ista parte Mod. Taurinen.in l.prima ff ad Trebellia.inducũt illum tex.ad probandum,q; vsufructuarius omnium bonorũ ante senatusconsultum Trebellianum non tenebatur respondere creditorib. etiam si haberet vsumfructum omnium bonorum. Istam opinionem tenuit *Bald.in consi.87.incip.super primo puncto* videtur dicendum.vol.v.& eodem vol.consil.452. mouerur ra-
2 tione, quia† impossibile est vsufructuarium omnium bonorum teneri ad onus æris alieni,cum bona intelligantur deducto ære alieno.l.mulier.de iure dotium.l.subsignatum.ff.verb. signifi.ideo prius est fienda detractio æris alieni,& post consignatio vsusfructus vsufructuario.& ideo dixit Iaſ.in loco de quo supra,in vj.notabili,quòd si verum esset,quòd vsufructua-
3 rius es alienum deberet soluere de vsufructu,quòd† sequeretur vnum absurdum,quando tale onus esset in magna summa quòd puri creditores haberent necesse expectare dilationem solutionis ad multos annos, sicut singulis annis vsusfructus percipitur,hoc esset eis damnosum,cum tempus sit pars summæ.l.prima.§ diem.ff de ędẽdo.& sic tunc diceretur minus eis solutum,cum tardius solueretur.§ plus autem.Instit.de actionibus.igitur sequitur,ne isti puri creditores debeant diu expectare,quòd de hæreditate est fienda solutio in bonis hæreditatis.& per istud fundamentum domi.Iason ibi dicit, quòd ita iudicaret.& consuleret.Istam partem ego cõprobo, quia testator nõ potest legem imponere creditori, vt sibi creditũ exigat ab vsufructuario,vel hærede,prout fructus hęreditatis suæ nascantur.text.est in l.cum ab vno.ff.de legat.ij. iuncta l.si non designata.C.de falsa caus.adiecta lega.vbi si dos probatur realiter data vxori,illam poterit consequi,& si maritus voluerit eam in fructibus compensare,quia non potest facere vt eã tardius debeat contra vxoris voluntatem, iste est casus Pauli de Cast.in consi.294.incipien.in causa quæ vertitur Bononię.
4 in secunda parte.& ideo † quando mulier est instituta vsufructuaria omnium bonorum, & datus est cohæres vniuersalis in proprietate,illa habetur pro legataria, & tunc onus æris alieni pertinet ad hæredem.d.l.quoties.de hęredibus instituẽdis.hanc etiam partem pro vsufructuaria expresse firmat text. in d.l.final.§.sinautem æs alienum. C.de bonis quæ liberis.& ibi notat Paul.de Cast.& est text.in l.vsufructu bonorum.vbi domi. Alexand.tenet istam partem.ff.ad legem Falcidiam & tenuit Aret.in consilio 117.in primo dubio.idem tenuit Bal. in quondam consilio suo incipien.vsufructuarius omniũ bonorum.qui Bald.concordat cum dictis per domi. Iaſo.vbi supra,quòd esset inconueniens,si esset magna impẽsa, quòd spectaret ad vsufructuarium,quod est contra tex.in l. hactenus.ff. de vsufructu.& ideo legatum vsusfructus esset elusorium. vt etiam dicit Bald.in l.prima in versicu.pone maritus.C.de fructibus,& litium expen.Istam etiam opinionem tenuit Ange. in §.constituitur.Institut.de vsufructu.& in §. sed quia hæredem.Instituta de fideicom.hæredit.

¶Non obstant modo adducta in contrarium ꝙ qui habet cõmodum vsusfructus debeat sentire incommodum æris alieni. Quia dico quòd satis incommodi habet si fiat venditio hæredi-

reditariarum rerum, quia et etiam diminuitur vsusfructus. tex est in l. ex facto. de hæredibus instituendis. et tanto plus, quia hoc non apparet ex mente testantis. ita respondet Paul. de Castro in consilio 294 supra allegato.

¶ Non obstat, quod dicitur, quòd pensio debetur loco fructus, et sic illa habuit fructus illius anni quo potitur pensio, ergo quia &c. respondetur ex illa distinctione iuris vera q
5 † aut fructus sunt separati à solo. etiam quòd non sint in horreo reconditi, nihilominus efficiuntur vsufructuariæ quo ad proprietatem eorum. vt in simili quæstione not. de vsufructuario morientre fructibus separatis à solo quia non sunt proprietarij sed hæredis vsufructuarij prout notatur in l. defuncta ff. de vsufruc. quod procedit etiam si dies soluendi pensiones adhuc non euenerit. facit tex. in l. si in singulos, in fi. ff. de annu. lega. & in l. si fructuarius messem. vbi not. quibus mod. vsusfructus amit. §. is vero ad quem. Insti. de rerum diuisio. vt tenuit Practicus Papien. vbi supra in d. §. in fi.

¶ Non obstant etiam iura allegata in fundamento vltimo, quia dicitur, non concesso tamen, quòd fructus recollecti super dicto fundo extent, quòd etiam tale onus pensionis spectat ad hæredem proprietarium. non obstante distinctione facta per clarissimum aduocatum in oppositum, quia de mobilibus facta fuit legatario dominæ Almelinæ, & ideo solutio debet fieri de venditione mobilium. non verò in re legata vsufructuario, adeque ad hoc vt voluntas testatoris seruetur. l. in conditionalibus primum locum. cum vulg ff. de cõdit. & demonstra. & ideo tunc est seruanda forma d. §. finaure in res alienum. in l. fina C. de bon. quæ liber. & in l. à domo Pro. Sicuen litione. ff. de re iudic. Et tunc deueniendo ad immobilia, primer tunus erit vsufructuarius quamuis minorem habiturus vsu ufruc. Im no proprius respondendo dico, q in casu isto fructus tales non subiacent obligationi pensionis perpetuæ, tantibus quæ in themate deduxi. nec huic opinioni refragantur illa iura in contrarium adducta per tex in d. l. si in lege. §. primo & in d. l. in prædiis. quæ dicunt, quòd fructus
6 fundi locati sunt tacitè hypothecati † propẽsione, hoc ideo ne locupletetur conductor cum iactura locatoris, scilicet, quòd locupleteretur in fructibus, & in pensione damnum patiatur locator. & ideo erit verum dicere, quòd hoc procedit, vt habeat locum illa tacita hypotecha quatenus non sit soluendo conductor, sed vbi sit soluendo cessante ratione, cessat etiam tacita hypoteca. capitulo, cũ cessante. de appellatio. & ita intelligo illa iura. & nõ aliter & ita dicta ratio quæ est anima legis. & tanto plus in casu isto videtur verum. quod
7 fructus illi sint vsufructuariæ, quia † fuerunt separati à solo, & exportati, ac in horreo reconditi ante mortem legantis, locatore patiente. & non contradicente quo casu, quia tunc eos percepit volutate domini, fecit ipsos suos, vt dicit text. in contrarium allegatus. in d. l. si seruus communis. §. locaui. ff. de furtis. ibi & ideo colonum, quia voluntate domini eos percipere videtur, suos fructus facere. Et tanto plus, quia in certum tẽpus fuit destinata solutio. & sic fides de pretio fuit habita. vt ibi dicit glos. in verbo, facere. Et sic non obstat allegata glossa in contrarium in d. §. locaui. in verbo cogat, quia intelligitur vera, quando dominus prohibet fructus in fundo existentes exportari, quod facere potest, vt dicit bald. in d. l. eadem. C. loca. quando vero permisit eos exportari, effecti sunt conductoris, vt quia separata à solo eius efficiuntur. vt dixi in primis allegationibus. Nec hoc videatur incommenicans, quia patiendo eos exportari, & non contradicendo sibi præiudicat. l. finibus Codice de agricol. & censi. libro. xi. quem allegat Bald. in l. iuria soluto matrimonio. adde Barbat. in consil. 41. volumi primo vertic. Praterea facit, quod nullum ius compet. &c. vbi allegat not. in l. secunda C. de iure dominii impetrando. Nam præsens actui sibi præiudiciali, potest contradicere, si non contradicat sibi præiudicat. Barro in penultima de relatio. Alexan consil. 7. versicul. sed præmissis. volumi. 3. Imputetur ergo in casu isto locatori, si tempore recollectionis sibi fructus non retinuit, vel sequestrauit, & reponi fecit in domibus prædii locati, vt videntur dicere prædicta iura, tũc enim sufficit esse habitam fidem de pretio, quæ dicitur haberi quando locator non cõtradicit recollectioni, & exportationi fructuum §. venditæ. Instit. de rerum diuisio. ¶ Non obstat, quòd vsufructuaria teneatur soluere onera æltimi, et collectarum, quia illud procedit in modica expensa, non in magna, vt dicit Alex. in dicto consilio 143. volumine septimo. et alib. sæpe. ¶ Non obstat illud quod dicitur. quòd ex quo est vocata ad omnia bona. quòd tunc inteligitur vocata vt hæres, ideo non est inconueniens, vt teneatur ad æs alienum quia respondetur, vt dixi
8 supra, vocando eam † ad bona intelligitur deducto ære alieno, & ideo vsusfructus detrahitur de hæreditate, nec si diminuitur vsusfructus, igitur &c. ¶ Non obstat etiam allegata doctrina Bartol. in l. fina ff. de vsufruct. leg. quia contra eam est *communis* conclusio, vt supra dixi, tamen specialius respondẽdo dico, quòd allegata per Bartol. loquuntur in eo, qui est institutus in proprietate, & sic pleno iure, & sic antequam hæres tradat. isto casu debet mobilia vendere. & etiã immobilia vbi prima non sufficiant, & postmodum vtetur vsufructuarius reliquo. d. l. vsufructus bonorum. & d. §. finautem æs alienum.

¶ Non obstat etiam. §. finautem æs alienum. allegatus in cõtrarium. quia facit pro vsufructuaria, eo quia ibi sumus in dispositione legis, quę facit partem vsufructuarium, ideo tenetur ad legata. quia illa erant annalia, & sic singulo anno possunt de fructibus solui. hic in creditore qui non potest cogi ad differendum solutionem sibi fiendam. ideo de vno casu ad aliũ non est bona illatio. leg. Papinianus exul. ff. de mino. & mitius agitur cum lege. vt faciat partem etiam teneri ad æs alienum. & ita concludunt Alexand. in d. l. vsufructu bonorum. & Paul. de Cast. in l. deducta. §. qui post. ff. ad trebel.

¶ Sed esto. quòd illi fructus non essent domini. & sic alieni: certe dico quòd etiam comprehenduntur in legato non habita distinctione in casu isto, an sciret testator legans esse res
9 alienas. vel alteri hypothecatas, quia ex quo † reliquit vxori, tunc siue mentis ignorans, vel sciens valet legatum. leg. cum alienam rem. C. de legat. leg. non dubium. §. fina ff. de legat. 3. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legatis secundo. & ibi. in consilio 40. volumin. secundo in primo dubio. in princip. Romanus in consilio xxxv. versiculo vltimo videndum est. an legatum. Et in proposito nostro facit dictum Baldi in dict. leg. cum alienam. C. de legat. versicul. dubitatur. tamen ibi dicit, quod si testator emat rem alienam cuius pretium non soluit, & illam rem legat, tenetur hæres soluere de suo, quia iure tenetur cedere cum effectu, quod facere non potest nisi soluat. leg. Iuliatus. §. offerri. de aditio empti. leg. nomen. ff. de hæred. vel actio. venditio. Et in casu nostro possessio tenetur loco pignor. ergo hæres debet luere leg. qui concubinam. §. qui hortos. de legatis tertio. in terminis de re alteri obligata. Iaso. in distinctione leg. cum alienam. in princip. Alexander consilio 157. in fin. volumi. vi. Nec huic conclusioni obstat text. in capitulo filius noster. de testamentis. qui dicit quòd legatum factum de re ecclesiæ non valet, ita quòd illa res sit redimenda, vel eius æstimatio soluenda. quia ille textus loquitur de re quam commercium non habemus, nec habere possumus. ideo cum ille textus sit correctiuus, non videtur posse vlterius extendi. nec corrigere. nisi quatenus. & quatur. scilicet de re vt supra. ex gesta argumentum leg. præcipimus. C. de appellatio. & ita dixi Alexan. in dict. leg. cum alienam. Et istam partem, quòd etiam non obstante dispositione. capitu. filius noster. de rebus eccl. non alien. quod non sit res Cæsaris. vel patrimonii Petri. valet legatum. aliter ad æstimationem tenuit Alexand. in consilio ix. volumine secundo, vbi dicit, hoc maximè verum procedit quando de voluntate testatoris quæ videtur esse, vt omnia habeat. vt ex verbis legati de quo in testamento. quia facta in coniunctæ personæ ad est vxori. & ita tenet Abba. in dicto capitulo filius in fine. & Alexand. ibi. sequuntur quam plures doctores relati per eũ ita tenere. Iaso. in leg. apud Iulianum. § consilium. versiculo extra glos. de legat. primo. vbi respondendo ad
10 rationem in dicto capitu. filius noster dicit † quòd non negat ibi text. æstimationem non deberi, vt etiam ibi tenet Hostien. sed loquitur de re ecclesiæ, quam mandat restitui ecclesiæ. qui Hostien. dicit d. cap. filius noster procedere, quoties nimis grauaretur hæres reuendere rem alienam. Si verò non nimis grauaretur etiam non obtinente dicto filius noster, procedit opinio Hostien. & cum isto intellectu concordat intellectus Cardinalis Zaberellæ dicentis dictum filius noster ponere casum specialem quãdo vni ecclesiæ legatur res alterius. non autem loquitur, quãdo legauit res, quę nõ sunt ecclesiæ. & ideo non discrepat casus noster à iure canonico, quia loquimur de re, quę erat in cõmercio nostro etiam si sit aliena. ideo expedit iura iuribus concordare. l. vnica C. de inoffi. dotibus. & in ppõ. nostro ne longe vagemur in casu proprio cõsulunt dominus Philippus Corneus in consilio suo. 12. incipien. licet prima facie videatur primo volumi. qui post longam disputationem concludit ideo legatum de re aliena actum vxori seu coniunctæ personæ ignoranti, seu scienti, valere. & istam opinionem dicunt tenere Hostien. Panormita. Ioann. Andr. Per. de Ancha. Anto. de Bezut in dict. capitu. filius noster. & ibi glos. & Per. & Cyn. in d. l. cum alienam. & multos alios, quos refert, & dicit solũ quo ad vnum differentiam esse inter ius ciuile & canonicum. quia ius ciuile permittit legatario vt non cogatur restituere rem alienam, nisi euincatur de iure. ius vero canonicum gratiæ

legatarium

legatarium alienam rem legatam retinere contra voluntatẽ domini, etiam ꝙ non euincatur ab eo, non tamen dicit quin debeatur æstimatio alienæ rei legatæ. & ita tenẽt Salic & Benedictus de plumbino, Ioannes Matthæus. & Bald. Fulg. in d. l. cum alienam. vbi Angel. Et ideo iudex debet iudicare etiã secundum canones legatum rei alienæ valere. & sic istã posse. vel fructus habere perceptos. de quibus supra. vel eorum æstimationem. quo casu non est ambigendum hæredes proprietarios omnino teneri ad solutionem pecuniæ pensionis.

RESPON. CCX.

CONFESSVS Plura delicta capitalia quorum vnum satis manifesta habebat indicia, illa vero constabant re ipsa perpetrata. & in confessione sæpius ex interuallo, & expresse, & extra locum torturæ perseuerans, nec tortus, licet ligatus & aliquantam fatigatus fuisset, capite damnari & plecti potuit. Nec rem facit ꝙ in carcere confessus sit. Quin etiam valuit processus licet nulla prorsus indicia præcessissent, quia de ea re nunquam à reo oppositum fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Confessione propria & spontanea nulla maior est probatio nec ea* prætextu quod *nulla præcesserint indicia, ampliuocari potest.*
2 *Confitens de indicijs habitis, de ijs etiam quæ non habent interrogari potest.*
3 *Confessio metu tormentorum extorta* iudicari non debet, *quæ sepius ex interuallo & expresse & extra torturæ locum facta est.*
4 *Metus carceris & tormentorũ quando esse vel durare* non præsumãt.
5 *Confessio in carcere facta in ligura iudicij valet.*
6 *Processus vel inquisitio substantialibus carens velut* indicijs *legitimis, contra confessum & non opponentem valet.*

Respon. interpret.

INCAVSA Oliverij rei detenti in fortijs domi. Potestatis Placentini, cũ de vita hominis agatur. nulla debet videri sera cunctatio. Consideratoigitur processu cõtra eum agitato, videtur quòd non possit pœna mortis condemnari, quia licet fuerit confessus plura delicta, etiam per torturam & metu tormentorum, sine tamen legitimis indicijs præcedentibus, talis confessio ei nocere non debet, nec ex ea potest diffinitiuè ad mortem condemnari per text. in l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. & ibi Bart. & Angel. de malefic. in verbo, fama publica. versicu. iudex his bene cautus. Iaso in lege iusiurandum. §. procurator. ff. de iureiuran. Roma. consilio 113. vbi inter alia requisita dicit quòd ad hoc vt spontanea confessio noceat, oportet quòd constet de delictis per l. 1. §. item aliud. ff. ad Syllan. sed in casu hoc videtur facta talis confessio & adhuc non constat de delictis ergo &c. Præsupponitur etiam quòd nulla præcesserunt indicia, sequitur ergo quod dato quòd perseuerauerit seu ratificauerit, non tamen talis confessio valebit secundum doctrinam Bart. *communiter* approbatam, secundum vnam lecturam in l. penulti. ff. de quæstio. Candin. in rubr. de quæstio. & tormen. & verticu. item ponit quidam fuit captus. Alexan. consi. 1. in prin. volumi. primo, & consi. 51. in 3. volumi. & in lege qui in aliena. § Celsus in addit. ad Bart. ff. de acquir. hæred. Iurius dicitur quòd confessio facta in carcere non valet, secundum glos. *communiter* approbatam in lege qui in carcerem ff. quod met. caus. Anchara. consi. xxiij. post principium. & eiusmodi confessio non valet licet indicia postea superueniant vt dicit Bald. in l. ad nostram. circa fi. extra de probatio. Decian. ca. at si clerici. de iudic. cum ergo non appareat de delictis commissis & confessatis & sine legitimis indicijs præcedentibus, est intrepidè dicendum, quòd ex eius sola confessione mori non potuit, vt ex præmissis latissimè colligitur. Cui ex aduerso demonstratur dictum Oliverium fore & esse puniendum, ac etiam decapitãdum, sic meritis suis exigentibus cum sanctissimum sit facere iustitiam de criminosis, quoniam nulla pinguior victima potest mactari Deo, quàm homo iniquus. refert Paul. de Cast. in l. secunda. Codice de episcopali audientia. & quia confessus est pura nefanda delicta, videlicet publica & priuata homicidia & assassinamenta, vt ex eius processu apparet, quæ delicta nullo modo debent remanere impunita iuxta legem, ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. et cõgruit officio præsidis purgare prouinciam malis hominibus. Congruit. ff. de offic. præsid. et nulla † maior probatio videtur esse, nec põt adduci, quam eius propria et spontanea confessio quæ est ratio per quã tollit omnem præsumptionem iuris et de iure, secundum Bartol. in authenti. sed iam necesse. C. de donatio. ante nup. ita ꝙ partes in iudicis non fiant nisi in condemnando. vt not. in l. prima C. de confess. nec talem confessionem potest reuocare prætextu ꝙ non præcesserint indicia, quia de hoc est text. rotundus in c. primo, de accu. lib. vj. etiam non data copia indiciorum tali sponte confesso, sine tormẽtis, secundũ Ang. in verb. fama publica, vbi allegat Pet. de Ancha. in clemen. prima, de homicid. & dicit quòd hoc singulariter est menti tenẽdum. Sed prædictus Oliverius sponte & sine tortura fuit confessus se derobasse per vim in strata publica vnum sacum cũ filo cuidam pauperi. & de eius venditione & pretio participauit, de quo delicto etiã præcedebãt indicia satis manifesta Barisel. Placentino qui dictum reum detinuit, & sic captura iustificatur, quæ indicia etiam in actis Curiæ leguntur. Confessus etiam fuit dictus Oliverius se interfuisse homicidio quondam Peregrini Mazarij iam duobus annis elapsis opem & auxilium præstando: quem Peregrinum per vim extraxerunt ex propria domo & illam sic hamauerunt, cuius interfecti cadauer fuit visitatum per prætorem montis clari & notissimũ est de dicto homicidio. Alia quoque grauia crimina fuit confessus, de quibus in processu, & illa bis vel ter approbauit, & ratificauit sponte, & est præsumendum quod conscientia patrati criminis perseuerauit, secundum Bald. in l. prima, C. de confes. Paris de Put. ibi in verb. an ex sola confessione. & quando quis confitetur delictum potest etiam interrogari de delictis de quibus non sunt indicia, secundum generalem consuetudinem, vt dicunt doctores, maximè Angel in verb. fama publica. in fine. Guido de fuza, in materia torment. ver. quid de quæstione occurrenti. Gandi. in rub. de quæstio. & tormẽt. vbi omnes ita dicunt, & affirmant. licet ergo in pluribus delictis confessatis quamuis non præcesserint indicia, tamen ex quo illa confessus est & talis confessio est verisimilis, & à iure non spernitur. meritò tenere debet, & sibi præiudicare, vt no. Dec. in c. at si clerici. de iudi. ex qua confessione, vt dictum est. potest damnari, secundum Barto. in leg. secunda. ff. de custod. reorum. & Philip. Franc. in d. c. primo de accus. libro sexto, etiã si processus inordinatè fuisset factus secundum doctores, & *communiter*, maximè Bald. in l. prima. C. de confes. & Bar. in si confessi. ff. de cust. reor. qui etiam allegat illum text. in d. c. primo de accus. pro valde notabili. Item & fuit confessus dictus Oliverius assassinamentum & homicidium in personam quõdam Abbatissæ sancti Franc. de cuius morte & cadauere constat ex visitatione iudicis malefactorum, quæ confessio fuit bis vel ter ratificata etiam sponte facta coram reuerendo domino vicario Archiepiscopali, quod delictum grauissimum quale sit, omnes planè intelligunt. Et si dicatur, quòd illud fuerit confessus metu tormentorum, quo casu etiam si perseuerauerit, non valet talis confessio, per dictam doctrinam Barto. in d. l. penul. ff. de quæstionibus. & per alia iura sup. adducta pro parte contraria, & quia carceratus non est sui iuris, ideo eius confessio non valet, secundum illam gloss. in d. l. qui in carcerem. ff. quod met. caus. etiam si postea indicia superueniant. secundum Bald. in d. c. ad nostram. de probatio. & vt supra deductum fuit: quia possum respondere quòd dictus Oliverius super dicta confessione non fuit tortus, licet ligatus, & aliqualiter afflictus, & illud quod dicitur, aliquid esse factum vel confessatum metu tormentorum, illud relinquitur arbitrio iudicis coniecturandum ex circunstantijs, secundum Bald. in l. interpositas in princ. C. de transac. Sed hic reus qui alias robustus & qui non fuit quassatus, est confessus dictum homicidium. talis confessio † non debet iudicari extorta metu tormentorum maximè quia illam toties ratificauit ex interuallo, & ita per eueratio ex interuallo etiam post torturam dicitur rei spontanea confessio, & est præsumptio quòd conscientia patrati criminis perseuerauerit, secundum Bald. in prima. C. de confessis. & iura quæ dicunt inualidam confessionem quæ fit in tormentis, non præcedentibus indicijs, non dicunt quòd defectus indiciorum non præcedentium inualidet expressam perseuerationem, & Barto. in d. l. penulti. ff. de quæstio. intelligatur de perseuerationc tacita, non autem expressa, quæ habet vim spontaneæ confessionis ita per plura tenet Paris de Put. in verb. an ex sola confessione. quæ ratificationes in casu nostro fuerunt factæ extra locum torturæ & plures, & etiam examinatus à solo iudice ecclesiastico, scilicet d. vicario Archiepiscopali, idem affirmauit, & supra dictum est. Et dum dicitur quòd semper † præsumitur durare metus carceris, seu tormentorum, respondetur illud procedere. quando metus infertur verè & iniuste: secùs si iuste & per iudicem pro quo præsumitur quòd omnia fecerit ex motu animi fuit informati ex qualitate delicti & eius detentio, iuxta notata in leg. tertia, §. eiusdem. ff. de testibus. & talis confessio

facta

facta metu tormentorũ, q̃ debeat intelligi in metu vero, non autem p̃sumpto, & illato per iudicem, vt dictum est, & expressè tenet Cepol. in cons. 40. vbi allegat Ange. ita dicentem in l. secunda C. quod met. cau. Et licet dictus Oliuerius fuerit ligatus, & aliqualiter alienatus, non tamen illud iudex fecit ad hoc vt expõsse cõfiteretur, sed vt vera diceret, ergo sequitur q̃ tenor huiusmodi confessionis non est omnino tormẽtarius, sed secundum quid est liber, quia intentio iudicis fuit vt confiteretur verum, nõ autem quia tortus. ista sunt verba Bal. ad literam in d. l. prima C. de confes. Nec obstat dum dicebatur,
6 q̃ confessio facta in carcere non valet per glossã approbatam in d. l. qui in carcerem. ff. quod met. cau. quia videtur facta per metum, vt s. dictum fuit. Quia respondetur secundum Bald. vbi s. quòd illa glo. procedit, quando confiteretur ad vtilitatẽ carcerantis, non in figura iudicij, aliàs sequeretur q̃ illi qui detinentur in palatiis, non possent ibi confiteri ad tribunal potestatis, quod est falsum, quia in capitalibus causis semper reus detinetur, & valet eius confessio, secundum Bald. ibi, & Cæpolam in d. consilio 40. Nec obstat etiam si dicatur, q̃ indicia non præcesserunt, ergo detentio nulla, nec cõfessio valet, vt dictum est s. pro parte contraria. Quia respõdetur, quòd immò præcesserunt indicia, & fuit captus per Barisellum deputatum per Christianissimum Regem ad capiendum malefactores, prout erat dictus Oliuerius infamatus tanquam socius Astorini, & aliorum bannitorum à dominio Regio, & etiam pro
6 aliis delictis, tum etiam valet dictus processus, quia nunquam fuit oppositum per ipsum reum detentum etiam sibi data defensione, vt est tex. cum glo. & ibi cõiter docto. in c. secũdo. de accusatio. libr. vj. sequitur & refert Cepol cõsi. 77. qui allegat Ang. in l. si vacantia C. de bon. vacan. libro x. renentem q̃ licet inquisitio careat substantia lib. tamen sequi potest condemnatio contra confessum, & contra non opponentẽ, vt ibi per eũ. Præterea authoritatem amplissimam concessam do. Prætori Placentino per Christianum regem nostrũ, quòd in atrocioribus delictis, vt illum præmissa, possit procedere seruata, & non seruata forma iuris, & prout melius fieri poterit, vt delicta puniantur. Quicquid igitur actum est contra dictum Oliverium, bene actum videtur, vt possit ad vltimum supplicium condẽnari & meritas pœnas luat, iuxta l. sancimus C. de pœnis. per superius adducta, iuribus & authoritatibus comprobata.

RESP. CCXI.

IN materia beneficiali versatur hoc responsum, cuius summam, quia in ipsius fine posita est, hic repetere superfluum visum est.

SVMMARIVM.

1 *In interdicto retinendæ præferetur antiquior possessio, nam posterior clandestina præsumitur.*

2 *Exceptio inualidi tituli contra agentem possessorio retinendæ in beneficialib. obstat, & de ea incidenter cognoscere solent parlamenta Franciæ.*

3 *Exceptio suppressi valoris cur in beneficialibus admittenda sit iudici laico.*

4 *Iudex laicus in beneficialib. de quib. exceptionib. cognoscere possit.*

Respon. interpret.

SIOMISSA validitate titulorum vtriusque partis quæratur q̃ debeat obtinere in interdicto retinendæ possessionis huius canonicatus, & præbendæ pro cuius dubio dicẽdũ est quòd Ioannes Chãgragrolli habeat potiora iura, quia priorẽ & antiquiorem possessionem probauit. c. licet cautam de pro
1 batio & ratio est, quia † posterior possessio Petri de Castellania præsumitur clandestina vt ibi dicitur, & declarat Bar. in l. si duo. ff. vti possid. Bal. in l. ordinarij C. de rei vendica. Petr. de Ancha consi. 275 ad declarationem Curt consi. 24. super eo, & alibi sæpè per doctor. & si veneranda Curia Prouinciæ non vult, quòd pro iustificatione possessionis cognoscatur incidẽ
2 ter de titulo, vel quia de iure non sit admittenda iustificatio tituli in interdicto vti possidetis, vbi alter probauit de antiquiori possessione, vt in casu nostro prout tenent Panormit. & alij in d. c. licet cautam & Barto. in d. l. si duo. Curt. in d. consi. 24. & consi. 37 tunc constat Ioan. manutenẽdum tore in sua possessione. Si verò velit prædicta curia incidenter ad colorandum possessorium cognoscere de titulo & proprietate, tanquam non sit in beneficialibus alicui concedendus vitiosus ingressus. c. 1. de regul. in 6. certè debet admittere exceptionẽ
1 suppressi valoris contra titulum Petri, quia contra agentem possessorio retinendæ in beneficialibus obst. exceptio inualidi tituli. vt est casus in c. audita q̃rela. & ibi no. Pan. in 1. notabi. de restit. spoliat. de qua exceptione incidenter solent cognoscere Parlamenta Regia Franciæ, sm̃ do. Guido Pap. deci. 72. inci. iudex laicus. quod sine dubio verum est, si in parlamẽto sint aliqui senatores ecclesiastici: nam de iure constat regẽ, & eius senatores etiã laicos cognoscere posse de possessorio, sm̃ Pan. in c. literas. de iuramen. calum. modo si in cã possessorij incidat aliqua qõstio tituli. tunc de tali incidenti qõne pũt cognoscere senatores clerici, quãquam noĩe Regis laici ius dicatur, vt concludit Felin. in c. cum sit gnale. ver. & vidi certari. de for. competen. vbi tenet clericum delegatum à laico posse cognoscere de causa vsuraria emergente in causa delegata, quam
4 quam laicus delegatus ipse nõ posset. Et q̃ exceptio † suppressi valoris sit admittenda, oñditur ex duob. Primò. quia ex sola negatione tituli efficitur incoloratus, acsi negaretur non cõstare impetrantem esse clericum. nam si negetur expressum fuisse verum valorem impetrans tenetur probare valorem ab eo expressum esse valorem, secundum Pan. in cap. ad aures. de rescrip. & in c. ceu de præsumpt facit tex. & ibi not. Pan. in c. ga circa. de consanguinit. & affinit. & quæ scribit Fel. in c. constitutus. de rescrip. Nisi ergo impetrans probet se expressisse verum valorem apparet q̃ titulus exhibitus non est coloratus, sicut [illegible] probet se clericum, sm̃ Innocen. in c. super his. de fi. de accus. Panor. c. bonæ Io. j. de elec. & in c. i. de lit. contestat. & probatur in ca. cum olim de rescript. [illegible] lib. vnde sicut admittitur exceptio negatiua, non video cur etiam non admittenda sit probatio, si negans velit probare negatiuam. Secundo, quia hæc exceptio suppressi valoris est meri facti nõ habens in se vllam spiritualitatem. nam valor beneficij est q̃d merè temporale. cap. ad audientiam. de rescriptis. traditur per Panormita. in d. capit. ad aures. de exceptionibus autem emergentibus in causa possessorij, si constat in facto, cognoscere potest iudex secularis, licet ex tali exceptione facti possit inferri ad decisionem iuris spiritualis, de quo non contenditur, secundum Bald. in auth. & qui iurat. versic. quæro qualiter. C. de bono. author. iudic. possid. nam si incidenter emergeat qõ de quantitate pretij, vel de pacto de retrouendendo, vt quia negetur modicitas pretij, vel pactum, admittendus est actor ad probandum etiam coram iudice laico, quia talis est qõ facti licet inferatur ex ea ad decisionem vsuranæ prauitatis. cap. ad nostram. de emptio. & vend. sm̃ Bart. & scrib. *communiter* in le.
5 Titia. § vsuras. ff. solut. mat. & in l. omni pœnitentiæ. vbi Pan. de Cast. C. de sa. ecclesi. cum finitis [illegible] quæ ad duci possunt & de quibus per Alex. consi. 9. præstantissime doctor libr. 4 & Pan consil. 64. libr. 2. Sic ergo dicamus, q̃ laici iudices † possint cognoscere de quantitate valoris beneficij, sicut cognoscunt de quantitate pretij in cã vsuraria, si emergat sola qõ de quantitate quia est qõ facti. hinc est q̃ laicus potest cognoscere de exceptione opposita p beneficiatũ p̃ patronos, q̃ iuri patronatus renunciauerint. quia facti est. cap. significauit. quem tex. ibi ad hoc not. Card. & Fel. in princ. de testibus. licet causa iuris patronatus sit spiritualis, seu mixta c. quanto. de iudic. sic ergo laicus poterit incidenter cognoscere de abiuratione tituli & multo magis de suppressione valoris, quæ magis in facto consistit, q̃ renuntiatio q̃ renũtiatio nõ reddit titulũ inualidũ. & incoloratũ generaliter, vt traditur in c. admonet. de renuncia. sicut suppressio veri valoris, vt per Rot. decis. xix. sub rub. de rescript. in nouis. & in regulis Bonifacij. regu. vj. bñ facit. quia si licet actori probare titulum coloratum coram laico ad iustificandum possessorium, debet etiam licere reo probare exceptiones suas per quas vult ostendere titulum non esse coloratum, neque iustificare possessorium. text. est clarus, & ibi Fel. in c. constitutus. de testibus facit regu. non debet. de reg. iur. ff. concludendum ergo mihi videretur, q̃ si curia velit cognoscere de mero & nudo possessorio, & non de colore titulorum ipsarum partium, q̃ debeat manutenere antiquiorem possessorem, qui pariter probauit de titulo habito ab ordinario collatore: qui dicitur titulus coloratus. vt per Innocẽ. & alios in c. nostris. de concess. præben. & per Felyn. in capit. in nostra. column. 36. de rescrip. vbi autem constat de titulo colorato vtriusque, obtinet in possessorio qui prior est tempore. d. ca. licet causam. & dixi s. si autem Curia cognoscere vult quis titulus sit magis coloratus, non video quare non debeat cognoscere de exceptione suppressi valoris per rationes & iura superius deducta.

RESP. CCXII.

QVI præpositurã quæ electiua est nulliter ꝛtulerũt eã, neq; priuati sunt ipso iure, neq; priuãdi põtate eligẽdi, eligere

possunt

poſſunt. ſtaque in electione citandi ſunt, ſed in ea re diſtinctio de qua hic ſeruanda eſt. Dubiū verò non eſt quin canonici & illi qui in ſacris nō ſunt, in ea Prępoſiti electione vocē habeāt cū in omnib. capituli actib. ſuper & ex eo tpe cuius memoria nulla extat tales vocem habuerint. de ea verò præpoſitura, p uiſio legati Cardinalis de latere, non valuit, qa cum non eſſet ipſi ſpecialis præueniendi poteſtas data, præuenire in eccleſia collegiata ordinarios non potuit. nec etiam graduatorum no minatio locum habet in beneficiis ad electionem capituli ſpe ctantib. At Papa ſine dubio poteſt electores, nihil repugnātib. concordatis præuenire.

SVMMARIVM.

1 *Electiuum beneficium propriè dicitur quādo ſuperioris cōfirmatio poſtea requiritur.*
2 *Collatores proteſtati quòd ſi beneficium erat electiuum non intēdebāt derogare iuri eligendi, eligere poſſunt, & nu. 3. & 5.*
4 *Eligēdi poteſtate ipſo iure nō priuati licet priuādi eſſent citandi ſunt.*
6 *Canonici ſacris non initiati in electione vocem habēt ſi ita ex tempore cuius memoria nulla extat obſeruatum ſit.*
7 *Legatus de latere cui non eſt ſpecialis poteſtas præueniēdi data, præuenire nō poteſt maximè in eccleſiis collegiatis, ordinarios electores.*
8 *Graduatorum nominatio locum non habet in beneficiis ſpectantib. ad electionē capituli, ſed tātum in iis quæ ad collationem ordinarij ptinēt.*
9 *Papa poteſt electores præuenire.*

Relpon. interpreta.

DVPLICI Ratione poteſt huiuſmodi præpoſitura dici electiua, vel quia in electione procedatur iuxta formā. c.
1 quia propter. de elec. & hoc modo † propriè dicitur electiua, cū confirmatio ſuperioris poſtea requiratur. c. auaritię. cum con cord. de elec. in 6. vel quia per ſimplicem electionem ad illam aſſumatur Præpoſitus ſine alia ſolemnitate, & confirmatione ſuperioris & hoc modo non erit propriè electiua, ſed potius collatiua, vt declarat Fel. in c. in noſtra. corrolar. 31. de reſcri. Si ſecundum primum modum ſit ex priuilegio electiua, dubitationes, de quib. in themate pertinenter formantur, ſi verò dicatur electiua ſecundum alium modum, tunc cōſtat pluresex dubitationib. eſſe impertinentes. Vnde tamen quęrenti conſilium ad plenum ſatisfiat, ad ſingula paucis reſpondebimus.

¶ Pro reſolutione primi videndum eſt, an hi qui eligendo con tulerunt, non ſeruata ſolennitate c. d. c. quia propter. vel ſolenni tate ex priuilegio requiſita, ſint hac vice priuati, vel priuandi poteſtate eligēdi. & ſi reſpondebimus, ꝙ non ſunt priuati ipſo iure. d. c. quia propter. §. qui verò, in verb. priuentur. & ibi glo.
5 ☞ Inn Hoſt. Pan. & alij *communiter* no. Quod etiam probatur, quia Pa pa vtitur verbo futuri temporis, quod regulariter requirit ſen tentiam, ſecundum gl. *cōmuniter* approbatam in l. incriminali. C. d iuriſd. & in c. quicunque. in verb. innodetur. de hęr. lib. 6. & ex
